

I. N. I.

τὸ νόημα ἢ χαλαρωτισ μόνον :

Seu potius,

GYMNASIUM

Capiendæ Rationis humanæ;

In quo, auxiliante Deo O.M. nec non annu-
ente Venerando Senatu:

PER

EXERCITATIONES ACA-

demicas Decem, quæ in XX. Disputationes publi-
cas sunt distributæ, sobrius Philosophiæ in Theologiâ usus,
novâ inventione ac methodo, perspicuè demonstratur.

*Quibus, præter nonnullas alias, peculiaris accessit,
circa Exercitationem quintam,*

DIGRESSIO DE LINGVA LATINA;

Cum cura Professionis Eloquentiæ Romanæ incubabat

AUTHORI

ENEVALDO SVENONIO,

Q. Gyldenhielmiorum Al. S.S. Theol. Doct. ejus-
demq; in Regiâ Acad. Aboënsi Prof. Publico; Past. Eccle-
siæ Lundoënsis: nec non h. t. Universitatis

RECTORI.

A B O Æ,

Impressum à PETRO HANSONIO, Acad. Typ.

ANNO χριστογονίας 1662.

SERENISSIME ET POTENTISSIME
PRINCEPS AC DOMINE,

DN. CAROLE UN-
DECIME, Divinâ gratiâ, Sve-
corum, Gothorum, Wandalor-
umq; Rex atq; Princeps hæredi-
tarie, Magne Princeps Finlandiæ,
Dux Scaniæ, Æstoniæ, Careliæ,
Bremæ, Verdæ, Stetini, Pomera-
niæ, Cassubiæ ac Vandalia; Prin-
ceps Rugiæ, Domine Ingridiæ ac
Wismariæ; Comes Palatine Rheni
in Bavvariâ; Juliæ, Cliviæ ac
Montium Dux,

Domine clementissime,

*Augustissimo Nomini Tuo, aternitati desti-
nato, Exercitationes has Academicas
humilimè inscribo atq; dedico; sed*

Verecor

Vereor, ô Rex, ne Serenissimum vultum tuum, hic foetus qualiscunq; ingenij, videatur intueri familiarius, quàm reverentia domus regiae postulat; nisi confidere eundem, & avita tua Humanitas, & propria tibi Virtus jubeat. Magnus ille tuus gloriosæ memoriæ genitor, & incomparabilis Rex noster, CAROLUS GUSTAVUS, istius nominis Decimus, avunculum novit CAROLUM GYLDENHIELMUM, Admiralem olim, & Regni Senatorem amplissimum; cujus famam ab immortalitate vindicat cum pietas in Deum ac Regem suum, tum benignitas in egenos, imprimisq; studiosos literarum. Hujus cum etiam ego, ut Theologiæ vacarem, domi ac foris, sex annorum stipendio sum sustentatus; non invenio hoc tempore, inter mortales, alium, cui beati patroni mei incorruptibile nomen, rectius revocem in memoriam, quam Tibi, Rex CAROLE UNDECIME; nec aliam, aut commodiorem nunc circumspicere viam possum, quâ pateat ad T. Mai: immaturæ huic proli aditus, quàm quæ rectâ ducit ad portam Regiam. Ingenerata verò TIBI clementia, ô Rex; & simul educata TECUM hæctenus alacritas, confidentiam in audaciam vertunt: neq; enim Deo laus, opus ha-

bes, cum morbido JULIO CÆSARE, commu-
tare latebras, TEQ; ab inquisitoribus pecunia
redimere, quippè sanus es; neq; inconspicuum
fieri cum *Sardanapalo*, quia bonus. Solùm à
temeritate libera hunc ausum, & si quid in pa-
gellis his conducibile studiorum primitijs vide-
ris, fruire; si quid verò secius scriptum offen-
deris, Regij favoris pallio tege. Vive, gratula-
re, perenna, gaude; DEO, TIBI, PATRIÆ, MATRI!

S.^r R.^r M.^{ti} T.^a

Scribent
Aboæ, vigil.
Epiphan.
Dom. An.
gratia 1662.

Subditissimus

ENEVALDUS SVENONIUS.

Q. G. A.

Ad

*Ad pium Lectorem; simulq; mendorum Typo-
graphicorum benevolum correctorem.*

UT glaciem frangere, quàm fractam movere difficilius:
Sic addere inventis plausibile ac multò facilius, quàm
aliquid invenire est. Hinc est, quemadmodum *Noachus*
à priori mundo ridebatur, dum ædificaret arcam, ceu
rem novam moliturus & antea inauditam; summè ta-
men veniente cataclysmo, necessariam: Ita ab hodiernis
calumniatoribus illuduntur sæpenumerò, qui novos tra-
ctatus scribunt, præsertim initio, cum occultatâ adhuc
intentione ac methodo, omnia hiulca appareant & in-
concinna; non tamen ideò erit abijcienda hasta Chri-
stiano militi, sed perseverandum potius; donec de con-
summato in Domino opere, ne dicam gloriari, sibi ta-
men gratulari & tandem è cunctis adversitatum undis
queat eluctari.

Errata typothetica pro tuo candore emenda ipse, &
Lector, & si, quæ in Exerc. 4. circa finem posita sunt de
Lingvâ Finnonicâ, minùs erudito palato sapiunt; cogi-
ta Etymologiam non minùs, quam ipsam pronunciatio-
nem & accentum variare in vulgo. Sicut nec Sveci o-
mnes, paritèr eloquuntur aut scribunt voces: quidam
aurum guld vocant, quidam gull. Sic *mundum* scribunt
Werlden; verum quidam literam *L*. in medio satùs cras-
sè enunciant, quidam reticent. Sic *Debemus*, efferunt
trifariâm, scilicet wj Stolom / wj stole / wj stall. Sic *Pro-
tum* vocant, quidam een eng / nonnulli ett eng; variat e-
nim dialectus in omnibus ferè lingvis. Vale!

Index

Index Disputationum ac Materiaram, cum
Nominibus Respondentium.

DISPUTATIO

- I. De Extremis generatim fugiendis circa Philosophia
usum in rebus sacris. Respondente, Isaco Erici Fa-
landro, Aboense. pag. 2. seqq.
- II. De vocibus circa philosophia usum in rebus sacris,
quam plurimum suspectis, per se tamen non inho-
nestis. Respondente, Johanne Samuelis Örn/
Uplandiâ Sveco. pag. 27. seqq.
- III. De Mediocritate in genere tenenda circa Phil.
in Theol. usum, Resp. Josepho Mathesio, Ostr.
Bothn. p. 31. seqq.
- IV. De Modo in specie observando. Resp. Simone
Caroli Gref/ Aboense. pag. 43. seqq.
- V. De Origine Lingg. vernacularum sub imperio Sueca-
no. Resp. Andrea Haq. Dröf/ Aboense. p. 65. seqq.
- VI. De Lingvâ Latinâ, *ωαγαακνευασικωσ*. Resp. Jo-
hanne Laur. Kelmanno, Ubsaliense. p. 89. seqq.
- VII. De Lingva Latina Origine. Resp. Magno
Laur. Brokio, Aboense. pag. 91. seqq.
- VIII. De Lingva Latina originatione. Resp. Ar-
vido Magni, Colliandro, Smol. pag. 121. seqq.
- IX. De Lingva Latina Puritate. Resp. Daniele
Gyllenstälpe/ Mich. Filio. pag. 139. seqq.
- X. De Lingva Latina Puritate continuatâ. Resp.
Ambrosio Nidulio, Smol. *ibid.*

- XI.** *De Lingvâ Lat. usu & præstantiâ: item Methodo eandem docendi & discendi.* Resp. Olao Nic. Wallino, Oelando, pag. 172. seqq.
- XII.** *De Lingvâ Gracâ & Hellenismo.* Respondente Svenone J. Fagelino, Smol. pag. 193. seqq.
- XIII.** *De Lingvâ Hebræâ.* Resp. Petro S. Platino, Smol. pag. 217. seqq.
- XIV.** *De Lingvâ Chaldaicâ.* Resp. Eliâ Erici Tilandro, Smol. pag. 238. seqq.
- XV.** *De Lingvâ Syriacâ.* Resp. Samuele Jwari Theet/ Angermannano. pag. 249. seqq.
- XVI.** *De Vocibus N. T. Syriacis & peregrinis.* Resp. Gregorio Arctopolitano, Finl. pag. 251. seqq.
- XVII.** *De vocibus N. T. peregrinis; nec non Lingvâ Arabicâ.* Resp. Benedicto A. Quivandro. Finl. *ibid.*
- XVIII.** *De Synopticâ singularum Phil. partium præxi in Theologiâ.* Resp. Esaiâ Nezenio, Westrog. pag. 294. seqq.
- XIX.** *De Sobrio Phil. usu; nec non ejusdem abusu in excessu.* Resp. Isaco Nic. Wedbeckio, Smol. pag. 312. seqq.
- XX.** *De Philosophiæ abusu in defectu, diluens nonnulla Adversariorum argumenta.* Resp. Erico E. Stodio, Aboense. pag. 328. seqq.

Ad Virum Reverendum & Clarissimum
DN. ENEVALDUM SVENONIUM Q. Gylde. Al.

S.S. Theol. Doct. & Prof. in Acad. Aboënsi celeberrimum, cum Gymnasium suum suum capiendæ rationis humanæ in lucem ederet, gratulatio extemporalis

Sermo Dei vitæ est verbum, verbumq; salutis
Quoddq; potest homines ducere ad astra poli.
Hoc verbum quicumque capit, sapit is duce **CHRISTO**,
Deque salute suâ non dubitare potest.

Gratiæ, id est lumen, sed lumen habet quoque nostra
Mens, quod honorabit verba sacrata Dei,

Ergo dum sese ratio submittit opaca,

Jam sapit, atque Dei jussa verenda capit,

Hoc dum Phæbæ monstras, ENEVALDE, juventa

DOCTOR, dans genii munera grata tui,

Atque docens usus quos præstant Palladis artes

Theologiæ, ut ratio sit capienda monens:

Rem gratam patriæque facis Collega Deoque,

Sicque Deo gratus, Magnus eris patriæ.

I faustis avibus, cursum Deus ipse secundet,

Euge bonus tandem Tu quoque servus eris.

ANDRÆ THURONII Prof. Pub.

Extantiora *σφάλματα* sic emendentur:

Pag. 4. lin. 22. locupletata & adaucta. lege: locupletati, & adaucti.

Pag. 8. lin. 21. impressam. lege: impressã.

Pag. 50. lin. 24. insculptum. lege: insculptum.

Pag. 73. lin. 14. *σπένδο*. lege: *σπένδω*.

Pag. 76. lin. 12. Cinctus. lege: Cinctus.

Pag. 104. lin. 28. Ovuum. lege: Ovum.

Pag. 155. lin. 14. *Halientικῶν*, lege: *Halievtικῶν*.

Pag. 192. lin. 33. Ne majorem. lege: Ne non majorem.

Pag. 194. lin. 26. *Διλαίων*. lege: *Διλαίων*.

Pag. 303. lin. 1. Necessairus. lege: necessarius.

Pag. 304. lin. 25. dijucandis. lege: dijudicandis.

Pag. 306. lin. 21. ominofas. lege: ominofas.

Pag. 323. lin. 10. Calv. lege: Calov.

Pag. 341. lin. 14. quæ. lege: quæ &c. &c.

Q. B. V. D. O. M.



Q. B. V. D. O. M.

Exercitationum de usu Philo- sophiæ in supremâ facultatum, quæ Theolo- gica est, Prodromus.

Anus est, quodq; excurrit, ex quo
thetis nonnullas, calamo exaratas, Regijs
Alumnis, dum eorundem ad me quod;
pertinuit inspectio, ad disputandum publi-
cè tradidi, de honestâ Philosophiæ usurâ
& iustâ utilitate, quam Theologiæ studiosis, si sobria,
præstat, & intra *ὑγιαίνουσας διανοίας* numeros retenta
fuerit; quod quidem ut detur effectui; *quia hoc opus,
hic labor est,* non minus curæ & summæ diligentiæ,
quam artis erit, insignisq; prudentiæ. Placet igitur in
gratiam nonnullorum, quibus non adeò conatus displicuit,
eadem paulo auctius & elaboratius repetitas & in-
super impressas, *ὑφ' αλέως κρινόντων* censuris judicijsq;
denuò sistere. Sit itaq; Dei auxilio.

Propositio I.

Sicut in omnibus fermè rebus, laudabilis *μεσότης* lo-
cum invenit, adeo ut vel nullæ sint, vel paucissimæ sal-
tem, quarum commendatio ac dignitas occupata in
extremitate est. In plerisq; enim rebus mediocritas
optima est, inquit Cic. l. 1. off. adeò ut ne religionem
ipse excipiat: *Modum, dicens, quendam esse Religionis, nimi-
um esse superstitiosum non oportere.* Orat. pro Deiot. Athei-

A

smus

smus quippè defectum habet: *Diagoras à Deo*, qui dictus est nonne apertè Deorum naturam sustulit? loquitur idem de Nat. Deor. Intelligendum v. medium erit negationis non participationis, cum sermo de religione est. Id olim inscio Phaëtoni paterni currus habenas remittenti, indeque tantum non coelum ac terram comburenti acclamatum fuit, juxta Poëtam:

--- medio tutissimus ibis.

Ita vel maxime huic negotio circa Phia *πράξις* idem, hoc est, vel nimium vel nihil, vel multum vel parum accidere constat.

II. Quidam enim abundant, & speculationum ac disputationum Philosophicarum prodigi, tricis & subtilitatum Metaph. labyrinthis ita se ingerunt atq; insinuant, ut inde vel nunquam, vel raro sine rixis & inutili *λογοναχία* expediri possint, innuente ex parte idipsum etiam Cic. lib. 2. De orat. ubi de Phis Græcorum & Dialecticis ita disserit: *Multa quarendo reperiunt, non modo ea, quæ jam non possint ipsi dissolvere, sed etiam quibus ante exorsa & potius detexta propè retescantur. Hic nos igitur Stoicus ille, sic enim nominat Diogenem, nihil adjuvat, quoniam quem admodum inveniam quid dicam, non docet, atq; idem etiam impedit, quod & multa reperit, quæ neget ullo modo posse dissolvi.*

III. Fuerunt igitur, ut ex Cicerone patet, modum in Philosophando excedentes olim Stoici, qualis fuit Zeno, Diogenes, aliq; His non meliores Scholastici fuerunt: Thomas, Scotus, Svarezius, Bonaventura, Occamus, Vasquez, Lombardus & similes, quibus pruritus terminorum obscurorum variarumq; inutilium distinctionum perniciosissimus

lissimus infelicitè affrictus fuerat, quibus id egerunt, hodieq; agunt imitatores Pontificij, ut quæ difficilia sunt, reddant spinosis suis quæstionibus difficiliora, quæ verò obscura, quæstionum involucris & horrifonis verborum ambagibus magis involvant. Quo docendi discendiq; genere Doctoribus pariter & juventuti interdictum esse novimus in Constit. nostris Academicis; idq; jure, juxta illud *Cic. in. catone. Male rem gerentibus patrijs bonis interdici solet.*

IV. Nec approbant Scholasticorum docendi genus vel etiam dogmata pleraq;, ulli orthodoxi in Academijs Germaniæ. Hinc variæ variorum de ijs querelæ passim judicijq; audiuntur: *Scholastici indigni sunt, qui patribus accenseantur, nec multum illis legendis opera impendendum, Autore Dn. D. Calovio, in padia Theol. pag. 369. Queritur quippe Ludovicus Vivus, eos de Theologicis tam Philosophicè disputare, ut putes eos Athenis esse & Ethnicos.* Nicolaus de Clemangis, Scholasticorum doctrinam eandem habere naturam testatus est cum fructibus circa stagnum Asphaltitis, aut pomis Sodomiticis, quæ etsi externè speciem quandam jucundam aspectui præbeant, internè tamen tantum cinis & pulvis sunt. Nec mitior est censura alterius Pontificij Doctoris, Melchioris Cani, qui l. 8. ll. cc. c. 1. miseram esse Scholæ doctrinam ait, eorum scilicet qui detractâ Scripturæ auctoritate Syllogismis contortis de rebus divinis Philosophantur. Utinam O. Jesuitæ & Papistæ idem sentirent!

V. Unde supra laudatus Calovius in Proleg. Syst. Theol. T. 1. p. 16. Inter Scholasticos vix esse statuit qui nomen Theologorum merentur, si Lombardum, Thomam Aquinatem, & paucos alios excipias, quibus id *ααχυλῶς*

saltem competere non denegat. Laudatq; iudicium Melch. Cani Episc. Canar. supra citat. loco. p. 379. *Cum in his intelligit Scholasticorum scripta, Sacrorum Bibliorum testimonia rarissima sint, conciliorum mentio nulla, nihil ex antiquis sanctis oleant, nihil, ne ex gravi Philosophiâ quidem, sed ferè puerilibus disciplinis: Scholastici tamen, si superis placeat, Theologi vocantur, nec Scholastici sunt, nedum Theologi, sophismatum feces in scholas inferentes, & ad risum viros doctos insitant, & deliciares ad contemptum.*

VI. Cæpit autem Scholastica, quam vocant, Theologia seculo duodecimo in occidente, postquam non tam è verbo Dei, quam Patrum scriptis variæ & perplexæ quæstiones in scholis agitatæ & decisæ sunt. Unde prodierunt. 1. *Sententiarij*, ita dicti, quod è truncatis & detortis Patrum, præcipuè Augustini sententijs, Theologiam consarcinârint, præeunte Petro Lombardo, Magistro sententiarum appellato, cujus 4. libri sententiarum compilati totius postea Theologiæ Scholasticæ veluti basis fuere, qui sublequentibus ætatibus innumeris, obscuris, inexplicabilibusq; Dispp. non è Patrum solum sententijs; sed & è Philosophorum placitis & Pontificum decretis expositis locupletata & adaucta sunt. 2. *Summistæ*, qui Epitomas & summas sententiarum adornarunt, præeunte Hugone de S. Victore, ut & totius Theologiæ Scholasticæ primam operam navante Roberto, Lincolnensi Episcopo. 3. *Quodlibetarij*, sic dicti, quod miscellaneas quæstiones de quibusvis Materijs Theologicis explicârint, præeunte Gualtero, Episcopo Pictaviensi in Italia. Quib. accedunt *Canonistæ*, qui juri canonico, cujus compilator fuit Gratianus, ingenium ac studium consecrârunt.

VII. Verissima proinde *ἐπιγραφὴ* de Scholasticis B. Lutheri fuit lib. adversus Latomum, quod ipsorū Theologia nihil aliud sit, quam ignorantia veritatis & inanis fallacia. Quanto *Megalander* ille, id egerit studio, quanto *spiritus fervore* & zelo, ut loquitur *ἐμφατικῶς* in progr. quodam D. Calov. *exarsit*, ut Theologiam Scholasticam è Scholis Cathedrisq; expelleret eliminaretque nemini obscurum esse potest, nisi hospes sit in Hist. superioris seculi & scriptis Theandri.

VIII. Is cum Monachus adhuc esset, & Papista insanissimus. ut seipsum nuncupat & describit, *præfat. in T. I. Ien. Lat. nec non Germ.* his verbis: Vor dieser zeit bin ich auch ein Mönch, vnd der rechten unsinnigen rasenden (für großer heüchelischer andacht vnd geistligkeit) Papisten einer gewesen; jam tum scholasticam Theologiam execratus est, ac disputare cæpit adversus vires liberi arbitrij & merita Sophistarum Scholasticorum, A: 1516. priusquam adhuc indulgentiarum nundinis sese opponeret. Postquam verò opus reformationis esset publicè aggressus, altera statim Disputatione ex professo refutavit Scholasticos, Scotum, Gabrielem, &c. paulò post in asteriscis suis adversus obeliscos Eccij Jesuitæ, nil acrius reprehendit in eisdem quam Disp. Scholasticam: *Sperabam*, inquit, *quod ex Biblijs vel Ecclesiasticis Patribus aut Canonibus contra me pugnaret; at ipse sursures* & *siliquas Scoti, Gabrielis, caterorumq; Scholasticorum* (quib. est ventrem reo fertissimus) *mibi nunc denuò neganti apponit.*

IX. Circa Obeliscum autem XXVIII. præcipuum Scholasticorum studium perstringit. Ubi Scholasticos periclitari nihil mirum esse inquit, qn. solo Aristotele

tuti sunt. Deinde nihil aliud moliuntur quam tyrannidem, i. e. ut Theologia in nova vocabula effusa, à populo non intelligatur.

X. Neq; dissimulavit Megalander hoc suum iudicium coram Sylvestro S. Palatii Apostolici Magistro, quia provocavit ad proprium ejus testimonium. T. 1. Jen. Lat. fol. 42. *Quid dicam, inquit, etiam iste tuus dialogus confirmat sententiam meam, jam diu mecum moratam, quod videlicet Theologia illa Scholastica exulem nobis fecit veram & sinceram Theologiam?* Paritèr ad Leonem X. Pontificem Max. A. 1513. scripsit magno spiritu in Scholasticas Dispp. investus & arguens quod Aristotelis somnia in medias res Theologiæ misceantur, atq; de divinâ M. te meræ nugæ disputentur, & tandem Concl. 69 inquit: *Quocirca nunc vide, num quo tempore capit Theologia Scholastica, i. e. illusoria (sic enim sonat Græcè) eodem evacuata est Theologia Crucis, suntq; omnia planè perversa.* Et ad Caietanum Papæ Legatum August. Wind. hanc tulit censuram: *Mirè facunda est distinctionibus Thomistica Theologia, ac verè Protheus quidam.*

XI. Si de fructu proinde & commodo studij Phiæ sive Theologiæ Scholasticæ, est enim mixtum Chaos, propius nobis differendum sit, audienda sunt suspiria tum nostratum, tum quorundam pontificiorum. Sodomiticis scilicet illos fructus depinxit B. Himmelius in *Tract. de can. & Th. Schol. p. 726. seqq.* reprehendens in Scholasticis tum immanem libidinem contradicendi, tum execrabilem Pyrrhonismum, quod quæ in scripturis definita sunt de illis topicè ac scepticè disputent, loco fidei certæ Academicâ introducunt *ἡ ἀρχή*. Quod κακότητες quoq;

quoq; in Thomâ culpavit *B. Lutherus T. 1. Ien. Lat. f. 43. in resp. ad Dial. Sylvestri primatis*: Quod per omnia fermè sua scripta aliud nihil faciat quam disputet, & quod grande est, etiam ea, quæ fidei sunt, in quæstiones vocet ac fidem vertat in utrum? *Conf. B. Meisn. in Schol. Academic. &c.*

XII. Non meliores fructus è Scholasticorum sylvis carpunt Pontificiorum quidam. *Abbas enim ipse Spanheimensis in Chronic. conquestus est, ab eo tempore, quo Theol. Scholastica in Ecclesiâ viguit, Philosophiam secularem sacram Theologiam suâ curiositate fœdare cepisse. Aventinus se millies à Jodoco Clichtovio & Jacobo Fabro accepisse recipit, Lombardum fontem veritatis purissimum cœno quæstionum, rivulisq; opinionum conturbasse.*

XIII. Hoc ergò cum fateantur ipsi Papistæ, quibus tamen nihil frequentius aut familiarius esse solet, quam Distinctiones Scholasticorum ἀγράφως καὶ ἀντιγράφως in suis scriptis tum didacticis tum polemicis usurpare, *vid. Rob. Bellarminus, Becanus alijsq; Quam Deo rationem reddent illi, inquit d. l. Calov. Pad. sc. p. 370. Qui postliminiò Scholasticam docendi rationem in Theologiam imò in Ecclesiam & Academiis revocant.* Quo nomine modernos Novatores & Syncretistas gravitèr redarguit, qui Scholasticos non tantum antiquiores, sed & recentiores usq; ad 16 seculum operosè commendant, quod exquisitissimam optimarum artium cognitionem ad Theologiam attulerint. Et quum de lingvis, Hebræâ & Græcâ, non vereantur asleverare, illarum cognitionem non usq; adeò necessariam esse, sed cum tota Theologia non doctrina vocum, sed rerum sit, non dependere eam præcisè à lingvarum cognitione, ut esse

esse absq; eâ prorsus nequeat (cum tamen *B. Chemnitius* secutus *Luth.* dixit Grammaticam sacram in verbis *S. S. ti* occupatam esse) Scholasticorum v. summe deprædicent studium, quod ab ijs plurima in Theologiâ, præsertim subtilioribus illis & abstrusioribus quæstionibus explicata sint, quib. accuratior illius notitia carere, hoc præsertim tempore non possit (quamvis fateantur in multis ab ipsis peccatum esse) nec pauciora (gariunt) inveniantur præsidia in illis veritatis, quam in antiquissimorum *D. D. m* Ecclesiæ monumentis. Hæc leguntur apud *Conr. Horn.* in *Dispp. publ. & scriptis confæderatorum passim.*

XIV. Qui certè nisi ebrii essent amore Theologiæ Scholasticæ, supra studia *l. l. m* eam non comendâssent, nec tot præsidia veritatis ab illa promitterent, quot ab antiquissimorum *dd.* monumentis, neque tandem in *Methodis Theol. Stud.* præscriptis tanto fervore inculcarent lectionem Scholasticorum. Hi quamvis teporem, & modestiam ut putant, *Philipp. & Erasmi. Rot.* eorumq; iudicia, tanquam parentum, maximi facere soleant, in hoc casu tamen non patrizant: *Ille enim in Apol. contra Parisienses,* Lutetiæ impressâ ait natam esse prophanam Theologiam Scholasticam, quâ admissâ Evangelium obscuratum est, ac fides extincta: *Hic verò in Method. Stud. Theol. p. 201.* Ipse novi, inquit, qui fatebantur, ex argutijs *Scoti,* se eò deductos esse, ut prorsus animo vacillarent, vixq; eam hæsitationem potuisse excutere. Et in oratione quam *Encomium Moræ* nuncupat: Theologia Scholastica à *parisiensium Sorbona,* mixtione quadam, ex divinis eloquijs, & philosophicis rationibus, tanquam ex centaurorum genere biformis disciplina conflata est.

XV. Quotò tutius B. Patris nostri & Successorum vestigijs insistant, qui longe præponunt sanioris Philosophiæ, sacrarum Ling. de quib. postea, ac scripturæ studium & scrutinium, istis quisquilijs Capreolorum, Porcianorum, Paludanorum, Holcottozum, Brigottozum & similium monstroforum authorum, è quorum lectione præter incertitudinem & pyrrhonicam fluctuationem nil redundat, quorum tamen Basiatores Calixtini, non absq; certò Ecclesiæ damno contrarium svadent.

XVI. Longe sincerius certè judicavit ipse Masius Papista, dum dicebat, in unicâ scriptorum Lutheri pagella, plus solidæ ac Theologicæ eruditionis sæpè inveniri, quam in multis (etiam vel) patrum scriptis. Quid si conferret Scholasticorum?

XVII. Quomodo vero ob controversias Papisticas, non nisi tamen cum summo iudicio, neq; omnes (sed pauci sufficiunt) legendi sunt, ut καθ' ἑσθ' ἄνθ' ἰστωρ ijs adhibitis, contradictiones Pontificiæ è proprijs scriptis & hypothetib. confodiantur; quippè oriundæ ex collisionibus & mutuis oppugnationibus Vasquezij & Suarezij, Thomæ & Schoti; quod non absq; singulari providentia divina factum, dormiens fatetur Jesuita Tannerus, nos ultrò largimur, quòd scilicet non ad propugnandum, sed conficiendum papatum. *Conf. Osiand. in papâ non papâ, Botsac. in contradic. Pontif. Hunn. in Labyrintho papist. Gerh. in conf. Cathol. &c.* Tantum de excessu, qui quoq; in alijs, imò omnibus ijs, qui speculationib; intricatis & distinctionibus neq; necessarijs, neq; in re fundatis nimis indulgent, captivandus erit atq; coercendus.

XVIII. Quidam deficient, Philosophiæ studia fastidiunt,

B

loquor

loquor de literatis. spernunt, atq; ita averfantur, ut vel nullos Philosophos, ne quidem mentionem eorum tolerare, aut etiam non nisi valdè pusillanimes audire eos velint, vel Etanicorum licet saniorum libros & exhorrescant ipsi, & alijs qui legunt illos, cumq; grano salis, ut dicitur, interpretantur, sine discrimine dicam scribunt.

XIX. De prioribus loquitur Cic. de Finib. Quibusdam, inquit, totum hoc displicet, Philosophari. Apollonius Rhodius, assertore eodem, irridebat & contemnebat Philosophiam. Et l. 2. De Orat. Catulum introducit cum Antonio loquentem hunc in modum: *Valdè hercule timidè, tanquam ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mentem ad Philosophiam appulisti, quam hac civitas (Romam intelligit) aspernata nunquam est; Nam & referta quondam Italia Pythagoreorum fuit, tum cum erat in hac gente magna illa gracia, ex quo etiam quidam Numam Pompiliium Regem nostrum fuisse Pythagoreum ferunt &c.* Et paulò post laudat tres Græcorum illius ætatis nobilissimos philosophos, Carneadem sc. Critolaum & Diogenem (licet hujus *Ἐπιλεκτικῶν* rigidè examinet) quos Athenienses cum de suis maximis rebus misissent Romam, & multi principes civitatis dixissent, per gratum sibi eos fecisse, Antonium reprehendit, qui eos contempsisset, dicens; *Quos tu cum haberes authores Antoni, miror cur Philosophia, sicut Zethus ille Pacuvianus, propè bellum indixeris.*

XX. Posterioribus id damus, cum magnâ cautione & prudentiâ legendos esse authores paganos; quippè pretiosum à vili semper separandum, ne vel juramentorum gentilium imitatione, qualia sunt *Herclè, Meherculè* &c. per nomen enim solius Dei jurandum, *Exod. 23. 13. Dent. 6. 13. Conf. Hof, 6. 13.* vel numinum & Deastrorum

invo-

invocationib. quales Poëtis frequentes, utpote: *ô Jupiter*
ô Juno, &c. cum tamen solus Deus sit adorandus, *Math. 4. 10.*
 vel morum quorumvis AntiChristianorum observationi-
 bus & exorbitationibus atheis impingant in Dei præ-
 ceptum primum, professionem nominis Christiani ma-
 culent; adeoq; Deum ipsum gravissimè offendant. Quid
 facient enim opera perversa, si pravi sermones corrup-
 pant bonos mores? *I. Cor. 15. 33.*

XXI. Quo nomine laudamus consilium *Dn. D. Ca-*
lorij in Isagog. Theol. de præquis. philol. p. 86. sic disputantis:
Optandum saltem foret, ut loco authorum quorundam Ethnico-
rum pueris ac juventuti, Christiani Scriptores proponerentur,
ut una cum lingvâ, verâ pietatis rudimenta, & quæ per totam
vitam usui futura sunt, imbiberent.

XXII. Ideoq; cum videamus periculosum esse Phi-
 losophiam discere ex libris Ethnicorum, non nisi fideli-
 ter significatis abominationibus, observato decoro, am-
 putatis scandalis, mutatisq; mutandis, principem Philo-
 sophorum Aristotelem & ducem oratorum Ciceronem
 juxta constit. Acad. publicè profitemur; illum quidem
 ob *ἀκριβειαν*, satietatem & methodum, hunc propter
 fluentia genuinæ latinitatis.

XXIII Hoc declarat *Scheiblerus* eleganti similitudi-
 ne de muliere Ethnicâ ductâ in domum Judæi, cui radenda
 erat cæsaries, circumcidendi ungyes & exuenda vestis in
 qua capta fuit *Deut. 21. 12.* Idq; in testimonium relega-
 tæ o. superstitionis & veræ religionis approbatæ. Ita et-
 jam secularem sapientiam philosophorum & Poëtarum,
 Ethnicorum, cum transferre volumus ad nostrum usum
 abradendi ei ungyes sunt & capilli, h. e. abjicienda sunt su-
 perflua, non pertinentia & impia. *Tract. præsent. op L. p. 44.*

XXIV. Quamvis igitur Philosophia in se & abstractè considerata, Deo, ceu donum proprium placeat, concretè verò accepta & in pagano homine displiceat, Christianus tamen Ethnicorum libros servatis cautionibus legere potest, idq; ad exemplum *Mosis*, qui eruditus dicitur in omni sapientia *Ægyptiorum*, *Act. 7. 22.* *Danielis*, sociorumq; qui informati fuerunt in linguâ & literis *Chaldæorum*, *Dan. 1. 4.* *Pauli*, à quo citatur testimonium *Epimenidis*, *Tit. 1. 12.* & *Arati* poëtæ gentilis, *Act. 17. 29.* Nec non *Menandri*, qui unus è 7. Græciæ sapientibus fuit, *1. Cor. 15. 32.* Ut taceam bellum de controversiâ hâc *Urbaliæ* quondam ortum, inter *Dn. Dn. D. D. Paulinum* & *Wexionensem*, quod postmodum deletum fuit; dissidium etiam in simili casu extitit nostrâ memoria, inter *Pastorem Torshlundensem*, in *Oelandia*, *M. Gerstovium*, & *Dn. M. Nicolaum Holgeri Catonium*, *Sch. Calm. Rectorem*; quorum ille nimium Philosophiam extenuavit atq; traduxit, tanquam impiam & nullo elogio dignam, præsertim *Mysticis* adhibitam. Hic verò apologiam adornavit de innocentia Philosophiæ, *Lincopiæ* editam, quâ demonstravit inter alia, accuratè ut solitus, per sobrium philosophiæ in Theologia usum non fieri *μετάβασιν eis ἄλλο γένος*, ut criminabatur adversarius.

XXV. Circa controversiam, an liceat discere Philosophiam ex autoribus Ethnicis, quæstio incidere potest, num integrum cuiq; sit eandem brevi temporis spatio haurire per artem occultam, potissimum à Christianis conscriptam? &c. Scripta gentilium sinceriora quamvis raro omni carcant superstitionis specie, eâ tamen, quam laudavimus, adhibitâ curâ & industria in iisdem legendis & examinandis à

dis, à maturioribus non inutilitè tractari possunt. Illa v. sive à pagano, sive baptizato concinnata, quæ adjurationes, invocationes spirituum, certas ceremonias ac Characteres, cum mixtis precandi formulis continent, non modo suspecta esse meritò debent, sed & quia, dum accuratius examinantur, plane idololatrica & diabolica sunt, nullis discipulis unquam proponenda erunt, imò neq; à præceptoribus delicatè legenda: quippè talis delectatio est Strategema Satanæ, quo multis, proh dolor! omnib. temporib. miserrimè imposuit. Prostant similes libri præstigiatorij, præcipuè à pontificijs conscripti, utpote Henrico Cornelio Agrippa de occultâ Phia, Johanne Trithemio Abbate Spanheimensi, Jgnatio Lojola primo Jesuiticæ Societatis authore, alijsq; authoribus, qui revelationes occultas jactant, & deliria anabaptistica sapiunt.

XXVI. De Lojolâ referunt authores ex Turriano Esavvitâ, quod Romæ aliqn. mulierem obsessam versu Virgilij liberaverit à dæmone: quæ cum eum insecuta clamaret: Tu solus me liberare & juvare potes, hæc verba dixisse pseudo Jgnatium: *Speluncam Dido dux & Trojanus eandem.* Quâ voce auditâ, dæmonem è prostratâ muliere exiisse vociferatum: ô Fili Lojola, tu ceu Leo me ad speluncam inferni abigis, rogo ne æternæ me tradas custodiæ. Jgnatium v. respondit: Vade quocunq; volueris, modo nullum amplius obsideas hominem. Spiritum sic magnotumultu fugisse Quis sanus hic dolum Satanæ non animadvertit? Lusus fuit & merus sarcasmus, quo carmini attribuebat Diabolus, quod ipse suâ sponte faciebat, ad decipiendos spectatores, & in Idololatriâ confirmandum Lojolam. Absit enim longissimè ut Virgilitano dicto quippè ethnico, tanta inesset *diva. p. 15.*

XXVII. Adhæc, de eodem scribitur, quod comitem assiduam usq; ad missæ aram habuerit dæmonem, à quo sæpè ita fuerit exagitatus, ut in magnâ copiâ frigidissimum mortis sudorem fuderit, & postquam cum tremore obierit, nigerrimo vultu cospectus sit. Cujus exuvias dum paulò post transferre vellent Esavitæ, ossa cadaveris non sunt inventa. Hæc ex Hist. ord. Jes. Hasenmulleri citantur passim.

XXVIII. *Trithemius ille*, quoniam novit multa clandestina & internecina consilia à Papistis agitari, quæ occulta manere, & tñ. suis communicata cupiunt, ideoq; ipsis gratificaturus peculiarem artem finxit, quam *Steganographiam*, h. e. rationem occultè scribendi & scripta revelandi, *ἄπο τῆ σέγειν*, quod tegere est, inscripsit. Hanc quamvis à religione nihil alienum continere in præfat. dicat; magicam tñ. & idololatricam esse, ex adjurationibus spirituum, superstitiosis divini nominis usurpationibus, malitiosis precum abusibus probat *Meisn. ph. Sob. part. 2. p. 562. ex Wieri l. 2. c. 6. citantis Bovillum*, cujus hæc sunt verba: *Ad Trithemium divertit, quem reperi magum, nullâ Phia parte insignem. Ejus Steganographiam evolvi velitatim, nonnullorū capitum perlegens initia, vix horas duas librum in manibus habui: abjeci n. eum illico, quod terrene ceperant me tanta adjurationes, ac tam barbara ac insolita spirituum, ne dicam, Dæmonum nomina.*

XXIX. Refert & in eodem libro nonnullas adjurationes esse ita potentes, ut possit unusquisq; qui assiduè cupit, spirituum uti ministerio, alligare sibi spiritum, ac cogere ut semper sit præsens, sibiq; in cunctis famuletur. Hæc sunt *κρυπτα* non liberi & boni spiritus, sed mali & ex coelo deturbati, qui quoniam infernali carceri assuetus, ideo ab homine vinciri ac custodiæ tradi ipsi grave & insolens non est.

XXX. Præterea in libro Agrippæ de occultâ Phiâ, statuunt authores doceri post peractas prodigiosas ceremonias, quomodo invocandi sunt spiritus boni, & tandem genibus flexis recitandus Psalmus: Beati immaculati in viâ. Et rursus monstrosas quasdam ibidem præcipi præstigijs, & circulatorias simul voluptates laudari, quas nominare nunc nolo, per quas facile quis rapietur in *ἐκστασι*, in qua prodet se quoq; statim spiritus familiaris cuncta revelaturus, & est ipse Diabolus.

XXXI. Huc spectat Magicus liber Pistorij de curatione pestis per certa verba, Francofurti A: 1568 editus, cujus meminit Heilbrun. in Dæmonomaniâ pistoriana. Quos nos authores eorumq; tribules: Albertos, Palezios, aliosq; similes, qui de rebus occultis & admirandis, non sine crassæ superstitionis significatione scripserunt, omnes ex agro studiosorum ingenuarum artium relegatos esse, & ad insulas haud Fortunatas deportandos volumus.

XXXII. Quam v. hi familiarium spirituum portitores ac defensores, in extremo iudicio omnipotenti Deo reddent rationem nominis divini abusus, Psalmorumq; sacratissimorum ludibrij, ipsi viderint, imò cum stultitiæ suæ querimonia, infortunium & periculum suum agnoscent atq; æternum deplorabunt. Meritò E. studiosis sanioris Phiæ, & naturalis scientiæ indagatoribus suspecti erunt quotquot occulta ejusmodi docent, quorum causa non petitur ab ipsa natura, experientiâ aut verisimili ratione, vel probatâ autoritate, sed in Characteribus latet, formulis verborum, numeris, alijsq; fascinationibus & præstigijs.

XXXIII. Cavendi quoque diligenter quidam *Cabalistarum*, sunt, *Mecabbelim* dicti, Judæi scilicet, quibus nec *Thalmudici*, nec *Targumici* libri sufficiunt, sed ad

traditiones non scriptas, quas Cabbalam vocant, provocant; hosque secuti homines superstitiosi alij nonnulli, qui à majoribus traditam per manus, acceptamque sine literis doctrinam jactant, quâ *μετεμψύχωση*, sicut Pythagoræi olim & Druides, aliosque putidos stabiliunt nonnunquam errores, imò ipsam Magiam satanicam exercent.

XXXIV. Repudianda igitur est ea nonnullorum Cabbala, qua sub schemate veritatis antiquæ, nimia curiositate & sine fundamento ac principio ullo probabili, hausto aut imbuto, vel prædicuntur futura, ut annus & dies extremi judicii, vel anxie sciri quævis cupiuntur eventura, extra quod revelatum est & scire datum; vel etiam præter auxilia vulgò nota & à Deo cuilibet concessa, alia quædam occulta media, ad comparandum incomparabilem, sed nescio quem insperatæ & infelicis doctrinæ habitum, diliguntur ac mordicè tenentur. Juxta id Cic. in orat. Inusitatas vias indagamus, tritas relinquimus. Ejusmodi enim speculationibus gaudet immisceri malus genius, multisque, proh dolor, hæcenus miserè imposuit.

XXXV. Dabitur nunc in progressu, proxime, Deo Duce, differendi uberius ansa de voce & speciebus Cabbalæ & Magiæ seorsim; qualis etiam tandem mensura Philosophiæ, cum in genere; tum in rebus divinis peculiaritè servanda sit, (ne nobis illud ex Augustini de Philosophorum ratiunculis, sermone 147. de temp. occinatur: *Quod demonstratum est, in Domino, sine difficultate fidei teneamus; illi (sc. Philosophi) garriant, nos credamus*) ex ijs quæ sequuntur, Dei ope, cui soli fit gloria, ostendendum porro fuerit.

Exercit



Exercitatio altera

De

CABBALÆ ET MAGIÆ NOMI- NIBUS AC SPECIEBUS.

Propositio I.

Circa alterum sobrietatis Philosophicæ extre-
mum, in genere, nempe defectum, mentio vocum
Cabbala & *Magia* incidit, de quarum significatione &
naturâ, præsentî dissertatîone paulò uberiùs loqui placuit.

II. Tribus modis homo scit & intelligit aliquid:
de revelatione enim quæ fit *ἀμείωτος*, directè nunc non
est sermo, 1. Ex seipso. 2. Ex aliorum doctrinâ bene-
ficio literarum, 3. Ex aliorum narratione, quæ κατ'
ἀξίον, *Cabbala*, hoc est acceptio, vel doctrina acce-
pta, voce Chaldaicâ dicitur, à R. *Kibbel* in *Piel*, hoc
est, accepit: ejus correlata vox est *Masorah*, id est, Tra-
ditio, vel doctrina tradita à majoribus, & ad poste-
ros sine literis per manus transmissa. Sic etiam *Rab-
bini* appellârunt notas, seu Scholion in Bibliorum he-
bræorum margine, quo singularum dictionum scriptio
& lectio, cœteræq; affectiones grammaticæ, & quot
locis reperiantur, notantur.

III. Deinde, lex à Deo Mose, à Mose deinceps popu-
lo Israelitico ore tenus tradita, ita appellata est, *Masorah*
sc. Inde Act. 6. v. 14. dicitur: Et mutabit instituta, quæ tra-
didit nobis Moses. Et Math. 15. v. 3: Vos transgredimini

τὴν ἐντολήν, mandatum, per παραδόσιν, traditionem
 vestram. *Mandatum* autem & *Traditio*, ita discernuntur
 v. 5. Mandatum erat: *Honora patrem tuum & matrem tuam.*
Traditio; cum quis dicit patri aut matri: *Korban* est,
 quo juvari debebas à me: sentiebant enim judæi, si fi-
 lij facultates suas cultui divino nuncuparent, non am-
 plius liberum ijs esse, de eâ substantiâ parentibus ali-
 quid largiri, quamvis summâ premerentur egestate.
 Prætercà *Masoreth hammaforeth*, id est, *Traditio* traditio-
 nis inscribitur *Liber Elie Levite*, in quo paulò ante
 nominatorum scholiorum notæ explicantur. Tan-
 dam *Baale Hammaforeth*, id est, *Magistri Traditionis*,
 nonnunquam etiam *Masoreta*, vocantur notarum ista-
 rum authores, & Bibliorum correctores.

IV. Vocabulum *Cabbala*, triplicem sortitur signifi-
 cationem: usurpatur enim omnis alijs, quas vî relato-
 rum habet, 1. pro doctrinâ patriarcharum, quam *Kib-
 bel*, id est, accepit unus de ore alterius, & *Masar*, id
 est, tradidit posteris: Sic Adam tradidit omnem sapi-
 entiam suam Filio suo Seth, quæ deinceps pervenit ad
 Henoch & Noachum, Abrahamum & posteros, usque
 ad datam legem, quam Moses toti Israëlî scriptam re-
 liquit; ideoq; hanc unam, inter reliquas, assignant ali-
 qui longævæ istius ætatis causam fuisse, ut scilicet di-
 scerent & docerent.

V. Hujus *Cabbale*, tantum non extinctæ, quedam
 reliquiæ sunt breves sententiæ seu apophitegmata aliqua,
 quæ *Pirche aboth*, id est, capita patrum inscribuntur, cu-
 jusmodi sunt 7 præcepta filiorum Noâh: fuerunt enim
 illa: 1. *Iudicia*; quib. servarent justitiam. 2. *Benedictio*

Dei, ut Deum colerent. 3. *Cultus alienus*; ut fugerent idola. 4. *Revelatio nuditatis*; ut abominarentur incestum. 5. *Effusio sanguinis*: ut abstinerent à cæde. 6. *Rapina*; ut iniquam fugerent prædam. 7. *Membrum de vivo*: ne vivo animali membrum auferrent.

VI. Horum præceptorum transgressio filijs Noë capitalis erat. Hæc imponebantur postea tum 7. populis *cananeis* bello domitis, tum *proseljitis* illis, qui legem recipere & circumcidi volebant. Sic Act. 15. v. 20. Gentibus ad Christum conversis, non ut circumciantur & legem Moïsi servant, sed hoc præcipitur, ex decreto Apostolorum & presbyterorum Jerosolymis congregatorum, ut abstineant ab Idolorum sacrificijs, à sanguine, à suffocato, & à scortatione. Hæc species *Cabbalæ*, quia neq; impia est, neq; à testimonio verbi Dei planè destituitur, tolerari & honestâ interpretatione probari potest.

VII. 2. Pro lege acroamatica & oretenus traditâ, siq; mulq; pro expositione legis, quam *Moses* in monte *Horeb* 40 diebus, & totidem noctibus ex ore Dei didicit. De hæc ita sentiunt Judæi: *Moses* accepit legem & expositiones ejus in deserto *Sinai* & campesribus *Moab*, tradiditq; illam *Iosua*; *Iosua* 70. seniorib⁹, hi prophetis prioribus, *Samueli* & cæteris; hi Prophetis posteriorib⁹; hi viris magnæ synagogæ: hi suis successoribus, usq; ad id tempus, quo tandem expositio illa fuit mandata literis, & inde confectum est *Talmud*, ingens id opus, in quo omnis generis doctrinæ tractantur, cui ultimam manum *Rabbi Salomon* imposuit. In quo præter alia, somniant Regnum Messie temporale fuisse, idq; se invicem conficientibus sententijs descri-

bunt. Quem librum itaq; meritò refutavit *Geysen* con-
versus judæus.

VIII. 3. Pro Mysterijs, quæ judæi recentiores in *Mosis* &
prophetarum scriptis vestigant, dum literas & syllabas,
præsertim in nominibus Dei numerant, pro numeris
usurpant, transponunt & symbolicè mutant. E. g.
Dum *Rabbi Elias* tradidit mundum duraturum 6000 an-
nos; quia in primo versu primi capitis Genesios, ubi
creatio cœli & terræ describitur, sexiès invenitur litera
Aleph, quæ in numerando 1000 denotat. Sic cum Hag.
i. v. 8. scribitur *Iccabed*, id est, gloriabor, & legitur *Ic-
bedah*, tradunt literam *He*, denotare; rerum defectum
in templo secundo.

IX. Hanc speciem *Cabbala*, Nugas esse, & in lu-
bricâ infidorum Rabbiorum phantasiâ natam, quilibet
αιδοτηρια γεγυμνασμενα habens intelligit. Hanc Cab-
balam dividere solent in *jumith* & *Maasith*, id est, *Theo-
reticam* & *practicam*, sub quarum posteriori, magicæ
haud rarò præstigiæ occultari solent. *Conf. Schindl. Lex.
pentagl. p. 1578, & Micr. Hist. eccl. part. 2. p. 353.*

X. *Magia* vocem nonnulli cum Pasore in voce *מִבְּרָה*
מִבְּרָה, hebræam esse contendunt, à *R. Hagab*, meditatus
est, inquisivit, scrutatus est &c. additâ heæmanticâ *Mem*.
Unde in *Textu Syriaco*, Magi *Megusche* nominantur, qua-
si dicas: Meditantes.

XI. Sed videtur huic sententiæ reclamare Matthæ-
us, qui in suo Evangelio hebræo, non est usus voce
Mabgim, vel *Mabguim*; sed *Mecaschephim*, quod non,
procul dubio, fecisset, si Magorum nomen hebræum
fuisset. Quia potius hanc vocem persicam esse con-
stat, & denotare sapientiam seu philosophiam. Hinc

Cice-

Cicero l. de' divin. Magos nominat: peculiare genus sapientissimorum hominum. Strabo Lib. 15. dicit: Magos persicos, sectari honestum quoddam vivendi genus. Philostrates L. 1. c. 1. ait: Cum Magis conversatos, Empedoclem, Pythagoram, Democritum & Platonem, qui multa magorum dicta suis interposuerat sermonibus.

XII. Hinc Plato in Alcibiade, Magos nominat: divini & humani juris interpretes, universæq; philosophiæ professores. Narrat etiam in eodem dialogo, Regis Persici Filio, quatuor additos esse Magistros; quorum primus Sapientissimus, qui Magiam traderet: secundus, justissimus, qui ad pietatis cultum assuefaceret: tertius Temperantissimus, qui voluptatū moderationem inculcaret: quartus Fortissimus, dictus est, qui ad magnitudinem animi deduceret. Ex hac narratione, officium Magorum in Persia facilè, quale fuerat, liquet: generosos eos & eruditos enim non est dubium fuisse; quales etiam fuerunt qui Matth. 2. v. 1. describuntur.

XIII. Quemadmodum enim Regum nomina univèrsi; genti fuerunt peculiaria, ut nominârint suos Reges, Ægyptij Pharaones, Persæ Artaxerxes, Romani Caesares, Indi Prestas, (corruptâ voce ex presbyter Johan) &c. Sic & viri sapientes in omnibus populis, peculiaria sua habuerunt nomina, ut vocaverint doctos suos, Chaldæi & persæ Magos: Græci σοφῶς ἢ φιλοσόφῶς; Indi Brachmanes; Ægyptij & Judæi Nebijm seu prophetas; Latini Aruspices & Mathematicos; Galli Druidas & Bardos; Siculi Galeotas; Germani Pfaffen / à Papa; ut & Finnones Poppit / ab eodem. Sueci Paster / à voce iterum presbyter. &c.

XIV. Proinde vero similitimum est, è Magorum voce, postquam ea alijs populis innotuit, nomen Magistri & Magistratus esse deductum: verè enim & Magistros & doctores se amisisse Persæ putabant, quando Magos amiserunt: quocirca lugubre quotannis eos festum ob *μαγοφονίαν* celebrare author est *Herodotus in Thalia*.

XV. Porrò, non solum studijs veræ philosophiæ incubuerunt Magi, ut dictum est, sed & initio dicebantur sacerdotes, qui præerant Religioni Persicæ, ut in populo Dei Levitæ, qui sacra publica tractabant; erantq; ut paucis dicam, *φιλόσοφοι καὶ φιλόθεοι*, annotante *Strabone Lib. 16.* & ex eo *Chemnit. c. 10. harm. Evang. mihi p. 122.* Sic *Xenophon lib. 4. pæd. Cyro* Magos tribuit, ceu sacerdotes, & divinorum interpretes, Et *l. 7.* dicit *cyrum*, captâ Babylone, ijs sacrificasse dijs, quibus Magi iussissent.

XVI. Tanta autem horum *Magorum in Persiâ* auctoritas fuit, ut nemo Rex saluari potuerit, qui non ante *Magorum* disciplinam percepisset, teste *Cic. l. 1. de Divin. Deq;* horum consilio omnia Reges agebant; ait *Hieron. imò Regib. ipsi imperabant. Plin. lib. 30. nat. hist. c. 1.*

XVII. *Gellius lib. 14. c. 1.* tres potissimum scientias Magiæ assignat, sicut & *Plinius* citato loco, *Theologiam, Astrologiam & Medicinam.* Poterant itaq; Magi Persici aliquando *Medici*, aliquando *Astrologi*, aliquando *Sacerdotes* esse: Fortè etiam aliquando Reges. Sic enim *Bashius* disserit: *Adhac, certum quidem est in Persiâ Magos fuisse, aut Reges, aut Regum Electores, aut Regum Commilitones, aut Regum stipatores, aut Regum preceptores, & pedagogos.* Secutus est enim censuram *Ciceronis & Plinij,*
qui

qui neminem apud *Persas* regiae dignitati praepositum fuisse tradunt, qui non didicisset scientiam magicam.

XVIII. Quò etiam respexisse videtur *Aretius*, in prob. l. 44. qui quatuor potissimum ad *Magiam* pertinuisse refert, 1. *Cultum sacrum*, unde Magi dicti sunt prophetæ. 2. *Cognitionem physicam*, hinc dicebantur Medici. 3. *Peritiam Mathesios*, hinc dicti sunt Astrologi. 4. *Politice*, vel rationem administrandi imperia & regendi populos. Et talis quidem fuit antiqua illa & naturalis *Magia*.

XIX. Hoc sensu, sicuti *Magi* erant philosophi & sacerdotes, ita *Magia* nihil erat aliud, quam *Philosophia* seu studium rerum humanarum & divinarum. Unde *Cel. Rhodiginus* l. 3. lect. ant. c. 42, ex Platone *Magiam* definit, *divinorum cultum atq; scientiam, quã persarum Reges imbuti fuerint*; autq; nil aliud fuisse, quàm altiore san-ctioremq; philosophiam. quib. assentitur *Suidas*: *μαγία πέρσας μάγοι ἐγένοντο φιλόσοφοι καὶ φιλόθεοι*, id est, Apud *Persas* *Magi* fuerunt sapientiæ studiosi & Dei cultores.

XX. Non fuisse autem tales *Magos*, sicut in *Agypto* fuerunt, quorum professio in lege *Mosis* capitalis erat, notabiliter indicat *Matthæus*, dum *Magos* ab oriente venisse *Jerosolyma* scribit. *Herodotus* l. 1. c. 2, *Magos* collocat in *Mediâ*; *Plato*, *Cicero*, *Strabo* & *Chrysostomus* in *Perside*. *Daniel* in *Chaldea* *Magorum* mentionem facit, & c. 2. v. 10 & 11, ipsorum disciplinam & institutionem videtur describere. Et hæc omnia congruunt descriptioni *Evangelistæ*: harum n. o. regionum situs respectu *Jerosoly morum* ad orientem est,

XXI. Hinc Monachorum nugæ, quisquiliæq; repelli & retorqueri solent, qui confinxerunt singulos ex diversis venisse regionibus: unum ex *Saba*, *Balthasarum* scilicet, alterum ex *Tharsis*, *Casparum*, tertium ex insulis, *Melchiorum* puta, eosq; ante portam urbis *Ierosolymæ* primum convenisse: Regina namq; sabæa, vocatur Regina Austri Math. 12. v. 42. *Saba* enim sive *Felix Arabia* Judæis est ad meridiem, *Tharsis* vero ad occidentem ijs est. *Insula* autem per quas scriptura significare gentes solet, non magis in oriente quam septentrione sunt. Quod autem Psal. 72. v. 10, Meminit Regum *Tharsis* & *Saba*, id de vocatione gentium, quæ ex omnibus mundi partibus regno Christi accessuræ erant, intelligendum est.

XXII. Postquam autem scientiæ philosophicæ paulatim degenerarunt in otiosas & curiosas, atq; adeo etiam superstitiosas & impias disciplinas, quarum Professores honesto quoq; Magorum nomine salutari non puduit; factum est, ut vox *Magi*, in deteriorem partem, sensu plane infami & ignominioso acciperetur, significans eum, qui profanam sectatur scientiam divinandi, & prestigiis velut miraculis, non sine ope & commercio demonis dementandi homines, ut loquitur Flac. part. 1. Clav. & Pastor in lex. Græc. Lat. p. 445. inquit; in malam deinde partem acceptum fuit, scilicet hoc vocabulum, pro venefico & prestigiatore, ut idem huic nomini acciderit, quod nominibus Tyranni, Sophistæ, Furis, Latronis &c. ubi de duabus posterioribus dictionibus notandum obiter, quod Fur idem olim fuerit quod servus. Unde virgilius Eclog. 3. ait: *Quid Domini facient, audent cum talia fures?*

Latro

Latro verò venatorem significârit. Unde rursus *Virgilius*: *Fixumq; latronis Impavidus frangit telum, &c.* cum prius dixisset: *Saucius ille gravi, verantum vulnere pectus.*

XXIII. In famosa hac & sinistra significatione usurpatur dictio *Magi*, de *Simone Mago*, Act. 8. v. 9. Nec non de *Elyma Mago*, Act. 13. v. 6. & 8. Hic quemadmodum sub splendidissimo nomine, quod *Filium & unctum Dei* significabat, maleficam adeoq; obscurissimam artem exercuit; sic multi, proh dolor, angeli lucis esse foris apparent, & oves nonnunquam, cum tamen lupi sint, hoc est, obscuri incantatores.

XXIV. Et hæc est altera *Magia* species, illicita prorsus & diabolica, estq; nil aliud, quam *Superstitiosum divinandis, incantandis & fascinandis artificium, per scelestissimum cum Satana invocato fœdus acquisitum.* Proinde omne illud studium, quod ad res miras, insolitas, & homini per se impossibiles, ope Satanæ præstandas, impenditur, uno *Magia* nomine indigitamus.

XXV. Quis autem primus eam à Diabolo didicerit & excoluerit incertum est. *Plinius* eam à *Zoroastre* in *Perside* ortum habuisse refert, l. 30 hist. nat. c. 1. cui consentiunt *Polidorus virg.* l. 1. de *inventione rerum*, & *Corn. Agrip.* de *occ. phil.* Hunc *Iustinus* & *Eusebius* de *prep. Ev. Bactrianorum* Regem fuisse tradunt. Alij putant *Zoroastrem* fuisse, *Chami* filium, quem *Misraim* vocat *Wierus*, eumq; artem istam invenisse. Alij filios *Lamechi* ejus abominationis auctores faciunt. Sint conjecturæ suo loco, illud tamen non fallit, viguisse *Magiam* malignam & ante & post diluvium, & in *Chaldea* atq; *Persia*, potissimum vero *Agypto* fuisse exercitam, antiqua testantur historiae monumenta.

XXVI. Et quia omnis Magorum industria, in præ-
sagiendo, fascinando & operando, seu efficiendo aliquid
occupata erat, tres Magiæ species vulgò extiterunt.
α. Magia Divinatoria, quæ, quia rei futuræ, sive aliàs oc-
cultæ & arcanae cognitio quatuor potissimum modis ac-
quiratur, quadruplex esse solet. *α. Divina*, ἐξ ὀρακλῶς
dicta, prophetis olim & Apostolis propria, qui instinctu
& ductu Spiritus S. in Mysteriorum plane incognito-
rum notitiam pervenerunt. De quâ differere ad Theo-
logos pertinet. *β. Naturalis*, quæ ex observatione cau-
sarum physicarum Effectus futuros quodammodo præ-
dicit, dum beneficio Astrologiæ etiam, de tempestatibus
& hominum temperamentis aliqua præscientia haberi
potest. Quo spectant præfagia Medicorum, ex certis
signis de sanitate & morbis, vita & morte &c. *γ. Popu-
laris*, quâ vulgus non inquisitis sollicitè causis eventuum
in naturâ, nec observato signorum cum rebus signatis
consensu, ex ijs solum, quæ ut plurimum eodem modo
evenire, ijsdem antecessis signis notarunt, artem col-
ligunt, & Regulas Canonicas constituunt, ex quibus de
caritate vel ubertate annonæ, alijsq; casibus non rarò
feliciter judicant, sed absit superstitio.

XXVII. *δ. Diabolica*, quæ ope & auxilio Satanæ fit,
qui, quamvis non sit καρδιογνώστης, μυριοτεκνίτης ta-
men est, & multarum rerum abditarum, ut vox δαίμων
ostendit, non ignarus, ideoq; mortales arcana docere,
& occulta nonnulla manifestare potest. Dicitur aliàs
hæc species μαντικὴ, ἔπο τῆς μανίας ab insania, jux-
ta Platonem. Estq; alia *Subtilis*, quæ album spiritum
ceu lucis angelum, alia *Crassa*, quæ atrum & tenebra-

rum Spiritum socium habet. Illa rursus vel est *Religiosa*, vel *Artificiosa*.

XXVIII. *Religiosa Magia*, stipulatione illa, quæ circa oracula gentilia contingebat, absolvitur, quorum antiquissima duo fuerunt, *Dodonæum*, quod frequentatum est ad *Dodonam*, amplissimam & vetustissimam urbem *Molossidis in Epiro*; & *Iovis Hammonis*, quod in extremo sinu *Lybiæ* situm fuit: quorum illud à *Dodanim*, nepote Noë, hoc à *Chamo*, Noë filio, denominatum fuisse arbitratur *Peucerus*. Horum mentio apud Historicos: *Curtium*, *Iustinum*, aliosq; , non est infrequens.

XXIX. Ex his homines & similibus, sive templis, sive statuis & idolis, responsa vocæ dæmonum accipiebant; nonnunquã etiam gestu, nutu, sonitu tinnituve statuarum, præcipuè in somnijs de rebus gerendis admonebantur. Neq; verò gentilem hanc idolomaniam moderni *Papistæ* abijciunt, sed adhuc avriter defendunt: quid enim sanctorum pontificalium, quos adorant, statuæ, quas consulunt, aliud sunt, quam oracula quædam *Ethnica*, à quibus consilia & auxilia expectant? Absit E. longissime à nobis, ut pacem mysticam & fraternitatem ullam *Ecclesiasticam* unquam ineamus cum idololatriis? quemadmodum id tamen è re nostra fore *hodierni Syncretistæ* satis speciosè contendunt.

XXX. *Artificiosa Magia*, est vel *Facilis*, quã homines literati sub nomine spiritus familiaris cum diabolo occultè rem habent, quos in percipiendis rerum naturis, quas exactè is novit, in cognoscendis disciplinis, alijsq; rebus addiscendis, adjuvat, occulta revelat, & multa, quæ vel de ipsis, vel alijs alibi dicuntur, aut locis

remotioribus peraguntur, tacita q: Responsione, & in credibili suggestione manifestat, ut ante dictum est. Hunc infernam sobolem & emissarium, imo Spiritum malum esse, varijs argumentis, ijsq; firmissimis jure probat *Meisn. Phil. sob. part. 2. Sect. 11. p. 558. seqq.*

XXXI. Vel *Laboriosa*, quæ per institutionem & experientiam, accedente crebro magicarum & superstitionum ceremoniarum usu comparatur, quarum 11. species ex *Pencero* & *Agrippâ* citato loco, recensentur; earumq; præcipua est *ὄρνιθομαντεία*, aruspicina, de qua Cic. 3. de divin. quam ego, inquit, Reip. causa, communisq; Religionis colendam censeo; quæ tamen expressè prohibita est, Lev. 19: 26. sicut omnes hæ species v. 31. & alibi.

XXXII. *Crassa magia*, de qua th. 27. dixi, est quæ prima statim fronte, diabolica apparet, cujus etiam 11. species à supra citatis authoribus numerantur, quarum insigniores sunt. 1. *νεκρομαντεία*, qua per adjurationes, ex orco manes evocari putabantur, ad res occultas annuntiandas. Sic *Pythonissa* *Samuelem* excitasse existimabatur, cum tamen non fuerit verus Samuel, sed spectrum, 1. Sam. 28. 2. *θεομαντεία*, qua vates à diabolo, quem Deum nominabant, in furorem acti, futura prædicebant, in quo genere excellabant quædam Sibyllæ.

XXXIII. Si respiciamus vicissim synagogam Pontificiam, quid aliud nisi *νεκρομαντεία* erit, dum defunctorum animas in purgatorio cruciandas, quandoq; redire; & hominibus apparere existimant, præsertim

si vel

si vel ob gravius delictum, vel missarum & indulgentiarum defectum, ab igne purgatorio liberari nequeant, quas, dum de rebus arcanis sciscitantur, nonnunquam vera accipiunt responsa, quò in idololatrià, & superstitionis cultibus firmiter stabiliantur. Et quid aliud, nisi *θεομαντεία* erit, dum multi Spiritum propheticum jactant, seq; de rebus futuris arcanisq; vaticinari posse, fingunt. *Bellarminus l. 4. de Eccl. c. 16;* peculiarem Ecclesiæ notam constituit lumen propheticum, & post recitata exempla, tandem concludit: *Fere nulli coluntur in Ecclesia sancti homines, qui simul cum miraculis, non etiam hoc dono (Prophetiæ nim.) claruerint.* Nos vero, a quibus fontium Israël loti novimus, dona extraordinaria plane cessasse, ideoq; quicquid de spiritu prophético jactant Pontificij, id omne ad magiam superstitionis referendum esse arbitramur.

XXXIV. II. *Magia Prestigiatória*, quæ in meris & puris illusionibus & delusionibus Satanæ sita est, cui nil veri subest, cujusq; *ἔργα φαινόμενα εἰσι, ἢ ἀληθινὰ, ὄντα*, de hac non opus est multis disserere, sed inspiciantur saltem exempla. Refert *Apulejus l. 1. de asino aur. se Athenis ante poecilem porticum circulatorum vidisse, qui spatham præacutam mucrone infesto totam devoraverit, ac mox invitamento exiguæ stipis, venatoriam lanceam, qua parte minatur exitium, in ima viscera condiderit.*

XXXV. Quid *Praga* statim post urbis invasionem ante aliquot annos contigit? viderunt enim milites nostri quendam Bohemum pontificium, mercede conductum, vivum porcum devorasse. *Noribergæ* etiam A.

1653. conspectus est præstigiator, qui puram aquam in medio foro bibens, limpidissimum vinum, quodcunq; genus ab adstantibus nominabatur, expuebat, & ad gustandum porrigebat, cujus spectaculi *αυτοκτενης* quodq; erat Gen. comes, Dn. Nicol. Brahe.

XXXVI. III. *Magia Practica seu Effectoria* est, quæ in operando & re ipsa aliquid *præstando* & producendo per auxilium diaboli occupata est: tantæ enim longanimitatis est Deus O. M. ut diabolo permittat, non solum homines fascinare, eorumq; oculis glaucoma obijcere; verum multa etiam *δρωσ*, vel per se, vel per servos suos, efficere, quos secum in barathrum perpetui ignis præcipitare intendit.

XXXVII. Et prout Satanas nunc vulpeculam, nunc lupum agit; ita prodesse nonnumquam homini videri vult, dum in curandis vulneribus morbisq; & averruncandis malis, ijs, quæ permissione Dei, per Magos alios excitata sunt, occupantur ministri ejus.

XXXVIII. Ut plurimum tamen nocere tentat, dum Magi in ciendis tempestatibus, in perdendis frugibus, lædendis pecoribus, & violanda hominum sanitate, alijsq; malis introducendis occupati sunt. utrobique medijs utuntur talibus, quæ per se plerumq; sunt inefficacia, unde effectus potius malo genio, quam organo adscribendus est. Et sicubi veneficijs & herbis utantur, accedere solent tamen verba, numeri, figuræ geometricæ, musica, & res inanimatæ quodq; aliæ adhiberi solent, ut ossa, cultri, &c. quæ usurpari malus vult, ut persvadeat Magis maximam rebus istis inesse vim, earumq; applicationem, admirandorum effectuum causam & principium esse.

Exer-

Exercitatio Tertia

De

MEDIOCRITATE IN GENERE TENENDA CIRCA PHILOSOPHIÆ U- SUM IN REBUS SACRIS.

Propositio I.

Nunc porrò de mensurâ Philosophiæ circa sacros usus in genere, aliquid, bono cum Deo, dicendum erit: sapissimè enim & ad omne ferè negotium quadrare videtur istud poëtæ: *Medium tenere beati.*

II. Et quemadmodum *Cicero* accuratam philosophandi temperantiam requirit circa actiones juridicas & in orationibus, quales tum temporis maximè erant usitatæ, forensibus: ita neq; imperitè facere æstimabuntur illi philosophi, qui simili continentiæ studio res divinas atq; sublimes fidei articulos tractant.

III. Laudat autem parens ille Eloquentiæ apologiam *Antonij* adversus *Catulum*, Lib. 2. de orat. pag. min. exemp. 192. Quòd is nempe sic se recipiat *desereviffe philosophari potius, ut Neoptolemus apud Ennium* paucà. Nam omninò haud placet, inquit. Sed *tamen hac est mea sententia, pergit, quam videbar exposuisse: Ego ista studia non improbo, moderata modo sunt.*

IV. Perstringit enim statim *Antonius* eorum philosophorum veteratorum morem, qui subtili artificio & callidè, ut *sophistæ*, rem quocunq; ob munera, cogna-

gnationum vel amicorum, aliosq; nex^o volebant, deducere coram iudicio & potuerunt & soliti fuerunt. Quamobrem oratorem forensem valdè dedecere fraudem, hic simul, tacitè, licet apertè satis aliàs, inculcat. Dicit namq;: opinionem istorum studiorum (puta phil.) & suspicionem artificij apud eos, qui res iudicent, oratori adversariam esse arbitror; imminuit enim & oratoris auctoritatem, & orationis fidem.

V. Hinc est quod Cicero Elegantem ab Antonio fabricatam distinctionem commendat, quæ inter *Stateram* sc. Aurifabri est, & *Trutinam* popularem. Illâ dum utuntur philosophorum quidam, ob nimiam abstractionum tenuissimarum *πολυλογίαν*, omnem amittunt gratiam; hæc dum contenti oratores sunt, propter vim incredibilem illam dicendi, & varietatem festivam, optati sunt omnibus. Rem præterea exemplis disputationum philosophicarum Diogenis, (Crito laum quidem secutum Aristotelem, ob prudentiam, quam aliàs vocat scientiam, laudat, non usum) & oratoriarum Carneadis egregiè illustrat. Verba Antonij sunt: Hæc nostra oratio multitudinis est auribus aecommodanda, ad oblectandos animos, ad impellendos, ad ea probanda, quæ non Aurificis *Staterâ*, sed quâdam populari *Trutinâ* examinantur; quare istam artem totam dimittamus, quæ in excogitandis argumentis muta nimium est, in iudicandis nimium loquax.

VI. Apparet hinc quam accuratam usus philosophiæ *μετρίότητά* Cicero desiderat, etiam in orationibus, imò in iudicijs & sermonibus planè forensibus, qui tum præcipuè erant frequentati.

VII. Si ergò

VII. Si ergò gentili arbitrio tantà inter philosophandum moderatione opus sit in causâ dicendâ forensi, ubi de famâ hominis agitur; quantam putemus esse adhibendam cautionem Christiano in emendatione ac directione ratiocinationis circa res divinas, ubi sublimis illa de Deo summisq; fidei articulis alijs, erit proponenda atq; propugnanda veritas. Quia, ut ait Cyprianus in suo prologo sermonis de Nat. Ch. pag. m. 414, ad nos numerus & mensura & pondus refertur; Deus vero his omnibus non arctatur, sed excedens omnia & aternalitèr antecedens potestas & virtus nil habet coævum, nec immensitatis ejus profundum ulla creatura vel cælestis vel terrena metitur.

VIII. Ut autem rerum sacrarum mysterijs tractandis philosophia sit idonea, regula B. Augustini observatu digna erit: *utendum est hoc mundo, non fruendum; quod enim ille de mundo dicit in genere, ad hanc ipsam quoq; mundi sapientiam applicari potest in specie: philosophiâ utendum est, non fruendum.*

IX. Declarat hoc dogma suum Hipponensium præsul T. III. Lib. 1. de Doctrinâ Christianâ, cap. 3. & 4. pag. 2. ubi ait: *Res alia sunt quibus fruendum est, alia quibus utendum, alia qua fruuntur & utuntur. Illa quibus fruendum est beatos nos faciunt; istis quibus utendum est, tendentes ad beatitudinem adjuvamur & quasi adminiculamur, ut ad illas qua nos beatos faciunt pervenire, atq; his inharere possimus. Nos verò qui fruimur & utimur, inter utrasq; constituti, si eis quibus utendum est frui voluerimus, impeditur cursus noster, & aliquando etiam desectitur, ut ab his rebus quibus fruendum est, obtinendis vel retardemur, vel etiam revocemur, inferiorum amore prapediti.* Frui enim est amore

alicui rei inherere propter seipsam : Uti autem quod in usum venerit ad id quod amas obtinendum referre,

X. Sit igitur rationi nostræ sapienti prudentiâ diligenter informatæ, tanquam eleganti hospitio à supremo Rege præparato, sua laus & admiratio; longè tamen honor ejus & majestas excellit, cui illa tanquam dominæ, ad stuporem usq; coelitùs revelatæ, tenetur ministrare, ut non incommodè huc quadrare illud *Ciceronis in off.* possit: *Non domo dominus, sed domino domus honestanda.*

XI. Operæ autem pretium est, ut ministerio humanæ sapientiæ hæc in parte rectè & sobriè utamur, ne dum uti eâ cogitamus, aut pro usu arripiamus magno nobis detrimento abusum; quo enim res est nobilior eò perniciosior abusus: aut solo usu contenti, scopumq; quò is tendere debuit securè aspernati, fruitione vitæ ejus, quæ in cognitione veri Dei consistit, æternum careamus. Quod ipsum eleganti quâdam similitudine explicatius fieri, si verba B. patris cit. l. c. 4. citentur, potest, qualia sunt: *Si essemus peregrini, qui beatè vivere nisi in patriâ non possemus, eaq; peregrinatione utiq; miseri, & miseriam finire cupientes, in patriam redire vellemus, opus esset vel terrestribus vel marinis vehiculis quibus utendum esset, ut ad patriam quâ fruendum erat pervenire valeremus: quod si amœnitates itineris & ipsa gestatio vehiculorum nos delectaret, conversi ad fruendum his quibus uti debuimus, nollemus citò viam finire, & perversâ suavitatè implicati alienaremur à patriâ, cujus suavitas faceret beatos. Sic in hujus mortalitatis vitâ peregrinantes à Domino, si redire in patriam volumus, ubi beati esse possumus, utendum est hoc mundo non fruendum, &c.*

XII. Utilis proinde philosophia est quamdiu utamur eadem, inutilis verò fit & noxia si abutamur; nam: *usus habet laudem, crimen abusus habet.* Philosophiæ abusus enim a B. Chemnitio, par. 1. loc. com. loc. 2. & hunc secuto Meisn. proœm. p. 1. phil. sob. inter tria omnium ἀρεσιῶν principia refertur, quorum 1. αὐτάδεια est, vel ambitio: contentio enim de primatu genuit papatum. 2. ὀλιγομάθεια, id est, rōditas, quæ Anabaptistas aliasq; fanaticas sectas produxit. 3. κατὰχρησις τῆς δυνάμεως, hoc est temeraria intellectus abusus & licentia peperit factionem Calvinisticam. Omnes etiam olim hæreticos, tanquam monstrosos in Ecclesiâ factus, vel superciliosus Samosateni factus genuit; vel Aëtij imperitia; vel Arij dialectica infelici partu enixa est.

XIII. Et quoniam nil magis fortiusve adversatur fidei, ac ipsa ratio humana, si non redigatur in obsequium: animalis enim homo non percipit ea quæ spiritus Dei sunt, manifestum evadit quantum fallunt & falluntur Calviniani alijq; , qui nil credendum præcipiunt quod à ratione ipsorum dissentit. Cavendum igitur diligenter est in rebus fidei, ne illud καθολικὸν σοχεῖον: *Credenda sunt Mystera fidei, ut intelligantur*, cum perversis philosophis ita invertamus: *Intelligenda sunt mysteria fidei, ut credantur.* Merito suo proinde culpandus est quicumq; , cum infideli philosopho Averröe, orthodoxis Christianis oggannit; *Credere aliquid esse verum quod ratio non potest apprehendere, nec intellectus intelligere, esse signum levitatis.* Vapulet hic spiritus zwinglianus, ausus pronunciare: *Deus credenda nobis non proponit incomprehensibilia.* At meminerimus: sapientibus mundi hujus,

Evangelium stultitiam esse: quod enim comprehendi potest, non est mysterium.

XIV. Quocirca repudiandi non solum sunt, sed & castigandi illorum philosophorum mores, qui monstrosa opinionum dogmata, & peregrinos canones in perturbato cerebro excogitatos, in ipsam philosophiam pro imperio intrudunt, eum in finem, ut quæ principia ipsi confinxerunt & conclusiones inde cumulârunt, postmodum cum ad certamen deventum fuerit, pro veris principijs & consequentijs philosophicis, pro lubitu venditent, resq; divinas ex philosophiâ dijudicent, nolentes, seu dissimulantes potius, se sentire, quod *candens ferrum non forcipe sed digitis contrectent*, ut elegantè interpretatur *Chryf. hom. 5. in 1. Cor. Quod è Calvinianorum Goclenij, Keckermanni, Alstedij, Wendelini aliorumq; Novatorum scriptis liquet.*

XV. Quinimò, nisi sobriæ philosophiæ puritas asseratur, tum variæ hinc inde corrasæ sententiæ speciem veritatis ostentantes, sacro philosophiæ nomine, nil mali suspicantibus nobis veteratoriâ arte facilè obtrudi possunt. Quapropter laudamus modernos Lutheranæ & sinceræ religionis vindices, qui Syncretistarum technas prudentè deprehendunt, & masculè iisdem obviam eunt: hi enim quoq; plus Aristotelicis axiomatibus & humanis traditionibus tribuunt, quàm scripturæ canonî.

XVI. In genere autem usus philosophiæ in Theologiâ huc redit; ut oblatas quæstiones ac controversias tractemus juxta præscriptum *Augustini, Lib. IV. de Trinit. c. VI. ubi ait: contra rationem nemo sobrius, contra scripturam*

pturam nemo Christianus, contra ecclesiam nemo pacificus sensit. Considerabimus ergò eas 1. *Piè*, ne contra scripturam. 2. *Modestè*, ne contra ecclesiam, 3. *Sobriè*, ne contra rationem sanam. Addit *Meisn.* 4. *Candidè*, ne contra conscientiam. Addo etiam 5. *Cautè*, ne contra decorum aliquid statuamus; ita tamen ut nec temerè nec timidè agamus,

XVII. Et quanquam piscatoria, ut ajunt, simplicitas uno icu profligare totam illam Pseudophilosophorum argumentorum posset aciem artemq; per sophismata fallendi, opponendo nimirum expressum Dei verbum, quod unum, est omnis veritatis theologicæ regula; tamen non desunt viri docti, qui accuratius etiam in principia & axiomata humana, quibus adversarij ad varias fraudes & errores palliandos utuntur, inquirendum esse censent; nam erudita, non barbara & rudis ecclesia est, ut monstrant præstantissimorum, ejus antistitum exempla, qui res sacras dexterrimè docuerunt, commentati sunt, defenderunt etiam adversus schismata & hæreses, usi instrumentis humaniorum artium & modo explicandi philosophico. Hoc itidem tentârunt hæretici, sed methodo modoq; procedendi diversissimis: hi enim impio planè ausu & sacrilego, res cœlestes decempedâ humanæ rationis & legibus naturæ metiri conati sunt. Unde per plurimi è Dissp. eorum philosophicis errores in Theologicis quæstionibus extiterunt,

XVIII. Ex hac occasione quæri coeptum est. 1. *An sit aliquis philosophiæ in Theologiâ usus?* Ubi omnium primò termini veniunt explicandi: Nam errorum genitrix est æquivocatio semper.

XIX. Præter varias vocis philosophiæ acceptiones & significationes, de quibus Scheibl. in tract. proœm. tum Log. tum Met. Scharsius in præfat. Log. alijsque recentiores consuli possunt; nostro instituto, hac vice, illa sufficiet, quâ philosophiæ vocabulum sumitur vel *Concretè*, prout ea in hoc vel illo subjecto reperitur, quo pacto considerata vix integra ac undiquaq; pura inter mortales reperietur: Rectè enim dixit *Clemens Alexandrinus lib. 1. Strom. Philosophia non est dicenda Stoica, nec Platonica, aut Epicurea, aut Aristotelica, sed quacunq; ab his sectis rectè dicta sunt* (hoc scilicet totum selectum) *dicendum est philosophia, vel abstractè*, quomodo in se & suâ naturâ comparata est, atq; ita breviter definiri solet: *Philosophia est Habitus animi, scientiâ & prudentiâ consistans.* Sub scientiâ continetur pars speculativa: *Metaph. Physica & Mathesis*; sub prudentia pars civilis, *Ethica, Politica & Oeconomica.* vel si *ἐν πράξει*; sensu magis *Rameo*, & quidem latinus dicere malis: *Est Ars dirigens intellectum ad loquendum purè, dicendum ornatè, disserendum acutè, adeoq; cognoscendum verum; & appetitum ad consequendum bonum.* Conf. Scheibl. proœm. Met. c. 1. qui *Gramm. Rhet. & Logicam* definitioni Philos. includit. Nota. *Cic. in orat. pro habitus voce usurpat vocabulum consuetudinis, quam ait exercitatione gigni.*

XX. Hujus promptæ consuetudinis philosophorum possessio, cum singulari naturæ propensione & industriâ, tum vivâ Artificum, tum mortua voce, comprehensâ in systematibus disciplinarum acquiritur. ut tandem ille consummatus dici philosophus in suo genere queat, qui prælibatis disciplinis præparatorijs, unice sectatur *ἀληθειαν καὶ*

τὴν ἀρετὴν, seu veritatem & virtutem pro scopo habet: illud quidem ex theoretica, hoc ex philosophia civili discit. Illam in hunc modum definit *Cicero* lib. 4. *Tusc. Quæst.* *Philosophia est rerum divinarum & humanarum scientia*: Hanc *Plato* sic describit in *Phædone*: *Φιλοσοφῆν ἔστι τὸν θάνατον μελετᾶν*; is enim per mortis meditationem mundanarum voluptatum abdicacionem intelligit. Utriusq; officio singularem tribuit felicitatem ipse *Arist.* *Lib. 10. Eth. Nicom.* ubi tandem distingvit inter *ἐνδαιμονίαν θεωρητικὴν καὶ πρακτικὴν*. Genuinus igitur philosophiæ usus, quem hic quaerimus, est sedula veritatis inquisitio, & serena vitiorum fuga, Qui aliter affecti sunt, à *Tertulliano* patriachæ hæreticorum, ab *Augustino* superbi & rixoli, à *Iuliano* mali pietatis doctores nominantur.

XXI. Alter hoc loco explicandus terminus *Theologia* est ab Ethnicis primò, teste *Lactantio* usurpatus, cuius concretum est *θεολογία*, usurpatum ab ipso *Cic.* in *Nat. Deor.* qui ait: *Ioves tres numerant hi, qui theologi nuntiantur*. Utraq; vox postmodum à S. patribus usurpata est, ad denotandam & sacrosanctam illam doctrinam, quæ originem habet à *λόγῳ περὶ τοῦ Θεῦ*, quia objectum considerationis præcipuum agnoscit Deum; non verò à *λόγῳ τοῦ Θεῦ*, quasi sit ipsum Dei verbum; hoc enim est theologiæ principium, & proinde male cum eâ confunditur; & eum qui huic doctrinæ egregiam operam impendit, ut ex inscriptione *Apocalyptios* videre est. Appellatur hæc cognitio in V. T. Hebræis: *Darthe Jehova, Amrath Jehova, Cochmath emunah,* &c. Latinis: *Lex, viæ, testimonia, Eloquentia, sapientia,*
veri-

veritas Domini. &c. ut è toto Psal. 119. liquet. In N. T. γνώσις τῆς σωτηρίας, Luc. 1: 77. ἐπιγνώσις ἀληθείας Tit. 1: 1. κατήχησις, Act. 18: 25. τύπος, διδασκαλίας, Rom. 6: 17. ὑποτύπωσις ὑγιαίνοντων λόγων, 2. Tim. 1: 13. Θεοδιδασκαλία, 1. Thes. 4: 9. Θεοσέβεια, 1. Tim. 2: 10. λόγια τῆ Θεοῦ, Rom. 3: 2. 1. Pet. 4: 11. Ebr. 5: 12.

XXII. Removemus igitur planè hoc loco Theologiam improprie sic dictam & falsam, utpote Paganam, Turcicam, Judaicam & Hæreticam. Proprie dicta autem & vera Theologia, est vel ἀρχέτυπος, ἐσιώδης, infinita & exemplaris quæ in Deo, Matth. 11: 27. 1. Cor. 2: 11. vel ἐκτυπος, accidens, finita & expressa, quæ in creaturis intelligentibus reperitur. Hæc vicissim alia est in Christo, alia in Angelis, alia in hominibus. Illa est Θεσοφία ἐκτικῆ, quæ in Christo secundum humanitatem augebatur, Luc. 2: 52. Ideoq; omninò distingvenda est à *sapientiâ infinitâ*, propter unionem hypostaticam humanæ naturæ Christi communicatâ, quàm quia ad theologiam ἐκτυπον referunt nonnulli Calviniani, meritò reprehenduntur, cum ea quæ vi ἐνώσει, secundum carnem Christo convenit theologia, infinita sit, & ipsa τῆ λόγῃ sapientiâ, non alia ab eâdem producta, Col. 2: 3. Ista est tum *concreata*, quâ angeli intuentur faciem Dei, & quidem boni semper; Matth. 18: 10; tum accessoria & peculiari experientia acquisita, Eph. 3: 10. 1. Pet. 1: 12. Mat. 8. 29. Jac. 2: 19.

XXIII. Hæc verò scilicet Theologia hominum, Alia est, 1. *Paradisifica*, quæ floruit in statu naturæ institutæ, eaq; vel *concreata* & *naturalis*; quàm obtinuit homo ad imaginem Dei conditus, Col. 3: 9. vel *Revelata*

est *Supernaturalis*, quæ lege constabat, Gen. 2: 16. & 17. &c. Alia est II, *Succedanea*, quæ primævæ in statu naturæ constitutæ successit; eaq; paritèr vel congenita & naturalis, quæ per naturam habetur, Rom. 1: 19. & 20. c. 2: 15. vel *Revelata* & naturæ supereminens, quæ è revelatione vel *immediata* est, qualis in Prophetis & Apostolis fuit; vel *mediata* & *ordinaria*, quæ è verbo Dei hauritur: eaq; rursus cum ex lege Dei suppeditatur lapsis æternam mortem minatâ, tum ex Evangelio, de reparatione per Christum factâ.

XXIV. Consideratur autem Theologia Revelata ordinaria i. In suâ *essentiâ*, quâ est *habitus practicus cognitionis è revelatione divinâ hausta, de verâ Religione, quâ homo post lapsum per fidem ad salutem æternam est perducendus.* Estq; vel *communis* omnium qui fide salvificâ & religione Christianâ gaudent. Vel *Propria* doctorum, quæ in accuratâ mysteriorum divinatorum & locorum communium cognitione consistit, conjunctâ cum excellenti potentia quosvis adversarios, vel de novo exortos, redarguendi ac refellendi. Illam Θεοσέβειαν & cultum Deo proprium dixerunt patres, ut patet ex I. V. Aug. lib. 10. de civ. D. c. 1. ubi ait: *Sed ea quæ nobis est erga Deum, vel quam illi Θεοσέβειαν, nos verò non uno verbo exprimere, sed Dei cultum possumus appellare: hanc ei tantum Deo deberi dicimus qui verus est Deus &c.* Hanc Theologiam Theoreticam appellare quidem licebit; sed quia, si salutaris erit, ordinari debeat ad praxin fidei, meritò etiam à fine denominationem accipit.

XXV. II. In suo *accidenti*, tum pro systemate scriptis comprehenso, tum pro doctrinâ vivæ vocis, quæ

catechesis vocatur. Huc pertinet totum Ministerij ecclesiastici officium, quod consistit in prædicatione verbi, administratione sacramentorum, absolvendis poenitentibus, visitandis ægrotis, castigandis & corrigendis præfractis, consolandis afflictis &c. Quo sensu omnes concionatores verbi, etsi in controversijs theologicis parum sint exercitati, salutantur Theologi.

XXVI. Adhæc solet Theologiæ vox usurpari tum *Strictè*, pro solâ doctrinâ de Deo vel SS. Trinitate; tum *Adequatè* pro universâ doctrinâ de Deo & rebus divinis. Atq; hæc singillatim in genere humano indigitata theologia nominari solet *Viatorum*, quæ in hac vitâ possidetur: quæ verò in vitâ futurâ obtinebitur Beatorum est, 1. Cor. 13: 12, 1. Joh. 3: 2.

XXVII. His præmissis dicimus eam Revelatæ & quidem ordinariæ Theologiæ acceptionem maximè esse hujus loci, quæ propria est doctorum; Reliqua huc non adeò pertinent, utpotè 1. Dum Theologiæ vox sumitur pro fide & Religione; ibi enim magis commendatur pificatoria simplicitas, quam dialectica subtilitas. Unde *Hilarius* juxta hunc sensum Lib. 10. de Trin. ait: *In simplicitate fides est, in fide charitas, nec per multas ac difficiles questiones nos Deus ad salutem æternam vocat.* 2. Dum Theologia accipitur pro officio ministerij ecclesiastici; Multi enim reperiuntur boni pastores & concionatores, qui non adeo accurati philosophi sunt.

XXVIII. Hinc talis controversiæ status resultat: An disciplinarum philosophicarum proba cognitio, ad accuratam Mysteriorum divinatorum & controversiarum theologicarum perceptionem ac intelligentiam, cum insigni dexte-

dexteritate ἐρμενευτικῇ καὶ δυνάμει quosvis contradicentes convincendi refutandique conjunctam, ordinariè acquirendam, non utilis modò, sed & necessaria sit ?

XXIX. Respondendum est, quosdam hic peccare in defectu, qui non tantum non utilem dicunt esse philosophiam in negotio religionis, sed & perniciosam Deoque inimicam: quosdam hic modum excedere, qui Philosophiæ cognitioni Magisterium adscribunt, quales olim fuerunt Scholastici, de quibus dictum est in Exerc. I. nunc verò plerique Calviniani, & alij heterodoxias patroni.

XXX. Media autem sententia ut verissima, ita quoque tutissima est, qua disciplinarum philosophicarum fidelis cognitio futuro accurato Theologo utilis omninò & necessaria statuitur.

Exercitatio Quarta

De

MODO IN SPECIE OBSERVANDO
CIRCA PHILOSOPHIÆ USUM IN
REBUS SACRIS,

Propositio I,

TRifariam in hoc passu Philosophiam utilem esse & necessariam dico, 1. *Respectu subjecti cognoscentis*, quod præparat, 2. *Ratione objecti cognoscendi*, quod illustrat. 3. *In ordine ad cognitionis modum*, quem administratur.

II. 1. Quoad *Subjectum cognoscens*, quod homo est,

conducit Philosophia ad ingenium ejus, *α. informandum* ut philologia, *β. Acuendum*, ut Logica, *γ. Stabilien-*
dum, ut Historica & reliquæ philosophiæ partes.

III. Quæ *παροικιασικῶς* i. informant mentem futuri theologi (non loquor jam de *oratione*, *tentatione* & *Meditatione*, de quibus ex professo Theologi) sunt studia *philologica*, qualia sunt, partim quæ ad linguarum notitiam Theologiæ studioso necessariam vel utilem requirantur, utpote vernaculæ, Germanicæ, Latinæ, Græcæ, Ebrææ, Chaldaicæ, Syræ & Arabicæ; partim quæ ad sermonis ornatum faciunt, ut sunt studia Rhetorica & oratoria.

IV. Notum est, ut prius aliquid dicam de lingvis, præcipuas imperio Suecano parentium linguas vernaculas esse. 1. Finnicam, 2. Sueticam. 3. Germanicam. His quia minus in praxi Ecclesiæ carere possumus quam Latinâ, non oscitanter eæ excolendæ sunt, quanquam communi errore parum operæ eisdem impendatur. *Non quidem præcisè requirimus inquit Dn. D. Calov. de Ling. Germ. in pæd. p. 84. ut quis sectetur Lepores, Veneres & elegantias Opitij, aut ex professo sese consecret studijs der Frucht würcfenden gesellschafte / ut vocari amat, ne dum ut certet cum alijs de palmâ in adornandis concionibus juxta stylum Opitianum, quod Caciøthes nonnullos invasit: sed ut puritati, perspicuitati & ornatui decenti lingue vernacula Germanica studeat. Et paulò post ait: Nimia autem Luxuries, phrasēsq; Alamodice in lingvâ vernaculâ, quæ sæpè scandala præbent, raro fructum ferunt, non tàm sectanda quàm fugienda.*

V. Quod autem ille de lingua suæ patriæ vernacula loqui-

loquitur, id quoq; reliquis accommodari potest, sed inquires: Non refert quomodo sive concionator, sive legislector, sive in familiari colloquio pronunciet aliquis, vel, si alia lingvâ quam materna loquendum, matrescat vel patrizet, modò intelligi ab auditore queat. quare Cic. pro Quin. ait: *Qui nihil alteri scientes incommodant, nihil ipsis jure incommodi cadere potest.* Huic instantiâ occurrit B. Dn. D. Æsch. Petrus in dedic. Inst. Ling. Finn. dicens: *Discunt eam Sveci, Germani, Scoti, alijsq; peregrini, ita ut ad necessitatem animi sensa in illa proferre possint, sic tamen plerumq;, ut indigena, quando cum peregrino aliquo eis colloquium est, subdorentur, collocutorem hospitem & peregrinum esse non natum Finnonem; Eisq; illud succurrat tritum: Äitin fieli woitta / materna lingua vincit. Quamvis autem hac hallucinatio non magni sit momenti, nec fama loquentis deroget, vel periculum aliquod ei creet, nihilo minus tamen bono viro molestum & tediosum est, non certum esse, rectè ne loquatur an secus.*

VI. Sed addo: imò verò ipsa pronuntiatio incogitans, pijs aures & simpliciores haud rarò offendere potest. E. g. qui lingvæ Finnicæ non probè consultus, cum aliquando Symbolum Nicenum præcinuisset ecclesiæ, hunc in modum exorsus: *Me vstom vden Jumalän pääl/ id est, Credimus in novum Deum, procul dubio pro yhden/ quod significat vnum, substituendo vden/ quod novum denotat, multorum devotionem, nil mali tamen ipse suspicatus, perturbavit. Sic alius dialectum suecanam non adeò edoctus, cum in Ecclesiâ ex Evang. Luc. 5. v. 7. hæc verba cecinisset: *Öch vpsylte både båtarne/ så at the begynne stunga/ id est impleverunt ambas naves,**

ita ut hæc cantare inciperent, nonne pro *Siunka*/quod notat mergi, substituendo *Siunga*/ quod canere significat, quasi ridiculo quodam sufflamine Dei currum retinuit? Tale etiam illud erat; dum dicturus cum propheta: *Gudh skal uthsopa orætfærdighetena*/ Deus expurgabit iniquitatem, dixit: *Gudh skal utfsupa orætfærdighetena*: Deus exforbebit iniquitatem. Quinimò, retulit mihi hospes meus Witebergæ, Dn. D. Scharfius, fuisse quendam, non memini Danumne vel Suecum, qui dictante B. Huttero; *Christus verè mortuus est*, scripsit: *Christus ferè mortuus est*, quod Socinianismum sapit: Germani enim literam V. efferunt ut F, sed quam verè ipsi viderint.

VII. Sic dum patriota noster, I. H. *Parisjs* concionaturus non ita pridem germanicè, lingvæ adhuc non benè consultus, & causam extenuandarum virium lib. arbitrij allegaturus, quod homines caro sint, dixit: *die weil sie sindt fleisch*/ omittendo jota & aspirationem in fine vocis *fleisch*, studiosis è Sveciâ, auscultantibus, devotionis fastidium creavit. Hæc omnia (sales enim non erunt mordaces) non quidem infamia sunt, quippè ex malâ intentione & proposito, unde speciem morales actiones præcipuè accipiunt, neutiquam profecta; interdum tamen fieri talia licet per accidens, possunt vel orthodoxiæ, vel praxi pietatis vel decoro etiam exitialia. Hoc saltèm hinc potest deduci: permagni interesse, etiam quomodo quis enunciet vocabula & periodos, ut omne omninò periculum evadat.

VIII. Huic incommodò remedio erunt lingvarum institutiones, quales variæ prostant *Germanicè* impressæ, *Finnicè*, institutio laudata *Petræi*, *Sueticè*, nullæ adhuc
 quæ

quæ mihi innotuerunt, nisi fortè Buræ excipias. Aliàs materia ipsiusq; *ερεργείας* & elegantiae harum linguarum copia è versionibus biblicis haberi potest. Et quia translatio Bibliorum Finnicorum, quæ A: Ch. 1642 prodijt in lucem, elaborata in Aboënsi hac Metropoli est, ubi purissima linguæ cultura viget, & quidem ijs authoribus, quibus tum fontes textuum, tum genius sermonis erant familiares, duob. sc. Professoribus, B. Dn. D. Æschillo Petræo, & Dn. M. Martino Stodio; duobus etiam in vicinia hac pastoribus & præpositis, Dn. Hinrico Hoffman, & Dn. Greg. Matthæi, omni *αλημελεληματ* ac depravationis suspicione caret; ideoq; meritò plures sui procos alliceret.

IX. Prodiit centum abhinc annis, & quod excedit, ut Baz. in inv. eccl. ostendit p.258. imperante Svecis Rege Gustavo I. Versio Bibliorum Svecicorum, interprete M. *Laurentio Petri Nericio*, Regni Archiepiscopo, cui fidelem in hoc negotio operam suam locavit frater, M. *Olaus P. Pastor Holmensis*, ejus accurationis, ut in eadem singularum ferè provinciarum suecicarum dialecti mire concurrant, & tanquam linguæ hujus gentis integræ promptuarium esse possit. Certant quidem ducatus nostri de palma emendationis styli & sermonis; in quo conflictu præcipuam sibi laudem arrogare Uplandia & Sudermannia volunt, quippe Sedi Regiæ propinquiores. Nycopenfes hujus linguæ vitiliginem emaculare contestatus est suo tempore B. Episcopus M. *Jfacus Rothovius* noster. *Holmie*, ubi aula est, characterem artificiosi sermonis invenies; & si aboleantur *Gallici* alijq; peregrini termini, loquentur purissimè. *Upsalia* verò, ubi artium & honestatis officina est, atque universi Regni confluit

viretq;

viretq; flos juventutis, quæ usum cum præceptis ἀξι-
βεσέως conjugere discit; solœcismos, & barbariores ac-
centus invicem notare, ac phrasas q; tuberantes amputare
studet; lingvæ nostræ cultum fore emendatissimū dixerim.

X. Germanicæ lingvæ puritas & elegantia, præter
communem usum, qui in Misniâ celebratissimus est; *Lipsiæ* enim & *Dresdæ* loquuntur tersissimè, è lectio-
ne versionis biblicæ, & reliquorum scriptorum Germa-
nicorum B. *Lutheri* (quæ præ alijs in ipsâ ἐνεργεια ex-
cellunt) ut & constitutionum imperialium (*der Reichs
abschied*) judice Dn. *D. Calov. in pad.* p. 185. haberi po-
test commodissimè. *Et cum in prædictâ versione Lutheri
non minus puritas & concinnitas, quam adamata perspicuitas
hujus lingvæ præcipuè observata sit (quod cum primis collatis
cum alijs versionibus Germanicis docet) non absre fuerit, phra-
siologias biblicas, adagia ac rariora quadam usu vulgari non
obvia observâsse & annotâsse.*

XI. Adhæc incredibile est, quanto emolumento
Theologiæ etiam in nostra patria tyronibus esse germa-
nicæ lingvæ peritia possit, tum propter intelligendas
paraphrases bibliorum Vinariensium Noribergæ in-
pressas Minorum & Majorum, aliasq; : tum propter scri-
pta variorum cœtera, didactica, exegetica, polemica
& historica, in reliquis lingvis non faciliè obvia, interpre-
tibus verò & concionatoribus, præter tempora ordina-
ria, festis nuptialibus ac funebribus valdè proficua.
Imò, si fateri quòd res est, fas sit, cum non exigua orthodoxias nostræ pars typis
germanicis edita sit non alijs, partim propter refutationem homogeniam advers
fariorum, partim propter transactiones religionis imperatorum cum principibus
& civitatibus, partim propter particularium quarundam ecclesiarum postulatam
& desiderium; non mirum erit si studiosi lingvæ hujus ignari magnum
ωλυμαθίας theologiæ deliquium sentiant.

XII. Lingvas imperio Suecano vernaculas adhuc constat Esthonicam superesse & Lapponicam, verum quia lingvæ Finnicæ, licet illa magis hæc minus, deprehendantur affines esse, & barbarioribus quibusdam Regni incolis, ad orientem illis, his ad septentrionem rejectis familiares, adeoq; rariores earundem hactenus inventi cultores sint, distinctio paulò ante tripartita retineri potest.

XIII. Sed vehementer ii laudandi sunt Theologiæ studiosi, qui Esthonorum lingvæ non ita pridem sic sunt operati, ut vel sacras homiliaş in ea, aliasq; doctrinas catecheticas populo proponere didicerint, quales & è Smolandia aliqui Acad. Dorpatensis alumni extiterunt; vel insuper *Staliş*, Ingridæ præpositi, aliorumq; nonnullorum exemplo, scriptis eandem illustrare sategerint,

XIV. Cœpta est autem hæc lingvâ orthodoxia propagari à gentis domitore & glorioso Rege Gustavo Magno, duobus ei negotio accommodatissimis medijs. 1. Generali visitatione per totam regionem, quam exsecuti sunt è politicis viri illustres, *Dn. Philippus Scheding* R. Senator & Governator Esthoniæ; nec non *Dn. Petrus Sparre* R. Senator & Supr. in Livoniâ judicij præses: Ex Ecclesiasticis, *Dn. D. Iohannes Rudbeckius*, Arosiensis Episcopus, Ecclesiastes antea Regius, cui adjunctus erat *Dn. D. Ioannes E. Terferus*, procancellarius noster modernus; quibus imperatum fuit, magno consensu corrigere quicquid pietati noxium, ac saniorum verborum in ecclesiâ profectui foret inimicum, præsertim superstitionis papisticæ reliquias è medio tollere, ac disciplinam bello collapsam emendare ac restituere. 2. Academiæ in Livoniâ nominatæ confirmatione & introductione, quarum illa in castris Norinbergicis, regij subscriptione nominis, A;

Ch. 1632 ult. d. Jun. Hæc Dorpati per Gen. Gubernato-
rem Livoniæ, Dn. Joh. Schytte/ L. B. in Duderhaff &c.
Anno eodem, d. 15. oct. peracta est; cum prius ibi Scho-
la & Gymnasium saltèm fuissent, A. 29. erecta.

XV. Lingvâ Lapponicâ quoq; fundamenta salutis
jacta sunt, cui rei documento esse potest Schola Lyck-
ensis in Marchiâ Umoënsi occid. Bothniæ, quam pari
pietatis zelo itidem p. m. R. Gustavus Adolphus sub di-
rectione Schyttianâ erexit, anno hujus seculi 32, ut è li-
teris confirmatorijs, scriptis *Stetini* in pom. 20. Junijejul-
dem anni, experiri licet. Instituitur ibi Lapponica ju-
ventus in doctrinâ Evangeliorum Dom. & Festivorum,
Psalmorum Davidis & Catechesis B. Luth. idq; lingvâ cum
Svecanâ, tum genti suæ propriâ, ut est è tenore examinis
cernere, quod subijt A. Ch. 1634. conf. Baz Jnv. Eccl. p. 802.
Extat etiam M. Johannis Tornæi Manuale Lapponicum
Holmiæ A. 1648 impressum, & alia quoq; quoad informatio-
nem Catechetica non levia in hanc gentem promerita.

XVI. Ingenti propterea fruimur latitiâ intuentes lû-
cem Evangelij provido Dei arbitratu & regimine, in di-
versis & à se invicem etiam remotissimis terrarum orbis
partibus tanto successu accendi atq; diffundi, ut vel hinc
verum evidentè esse liceat conijcere propheticum, &
Sigillo Academiæ hujus Aboënsis insulptum. *Φάρμακον*:
AB AQUILONE ET MARI CONGREGAVIT
EOS. Quanto a. Ecclesiæ cum primis & Reip. emolu-
mento his viginti jam annis hæc Academia fuerit, & si
Deus pacem dederit futura sit, loquenturalij. Nata est e-
nim ea A. Ch. 1640, 15 Julij dignitate Regiâ, & obstetricæ
curâ illustrissimi Comitum, Dn. PETRI Brahe/ moder-
ni nostri Cancellarij, ut prolixè è Natalibus Acad. Dn.

D. Gyllens

D. Gyllenst. unâ cum alijs hâc de re scitu necessarijs patet. Gymnasium quod Aboæ fuit unâ cum Streng, Arof. & Linc. tempore Gust. M. erectum est. Reliqua reg. Christinâ,

XVII. Quocirca non sine alacritate mihi in mentem venit expeditionis meæ ante aliquot annos in *Hungariam*: dum enim A. 1654. ad insulæ Kalokensis oppidum & propugnaculum insuperabile circa fines Turciæ *Gomarram* veni, die longâ veneris, secutus nempe mercatores, ferrum ab Austriacis Constantinopolim, ubi domi erant, vehentes, quærenti, altero die, qui erat *παρασκευασμὸς τῆς πάσης* Ⓞ, de cultu divino respondit hospes, quinq; in illâ civitate religiones frequentari, *Arianam* scilicet, *Russicam*, *Romano-Catholicam*, *Calvinianam* & *Lutheranam*. *Lutheranam* igitur ecclesiam ingressus duos saltèm eâ vice ob paucitatem S. Synaxi usos conspexi: quæsi vi deinceps de numero auditorum; eorum qui fixas in eâ urbe sedes habuerunt fuisse, non plures, octo pastor respondit. Tum postea cogitare & mecum ipse disserere per soliloquium orsus, tria concludebam. α. Oves Christi in medio haud rarò luporum pasci. β. Spacium inter *Lutheranos Gomorrhæos* & *Lapponicos* fide conjunctissimos, esse immensum γ. paucissimi na etiam veræ religionis semina, posse exiguo temporis intervallo ad stuporem, Deo benedicente, multiplicari.

XVIII. Sic superiore seculo, Angelus ille apocalypticus velocissimè pervolavit medium cœli, & magnâ voce æternum Evangelium proclamavit: *Timete Deum & date ei gloriam, quia venit hora judicij ejus, & adorare eum qui fecit cœlum & terram & mare & fontes aquarum.* Apoc. 14: 6. 7. Non enim propheticæ & apostolicæ veritatis vindex, puriq; Catholicismi ὁ παρασκευασμὸς B.

Lutherus animam cœlo dignam prius omnipotenti Domino redonavit, quàm totum fermè orbem Europæum vel Evangelij sincera personaret vox, vel fama de crudelitate antiChristianâ profligatâ, penetraret. Conf. super Apoc. Lic. *Graff* / past. Hamb. Natus autem B. Lutherus fuit *Islebia* in Mansfeldensi oppidulo, circa ferriodinas *Touringia*, A. Ch. 1483. 10. Nov. pauperrimis parentibus: Denatus verò eodem loco 18. Feb. A. 1545. & Witebergæ in templo arcis sepultus est: cujus natalis domus varia incendiorum discrimina evadere digna adhuc salva extat. Pontificiæ tyrannidi se primum A. 1517. opposuit: 1. Nov. enim & ipso die omnium sanctorum publicâ disputatione vanitatem indulgentiarum papæ, contra *Tezelium* in Academiâ Witebergensi demonstravit.

XIX. Et ut aliquid hâc in re de nostræ felicitate patriæ amplius dicam, translatores Bibliorum Svecicorum fratres scilicet illos Nericiensés, de quibus prop. IX. dictum fuit, Lutheri *ἀπόπρασ* atque discipulos per aliquot annos fuisse veritas historiæ perhibet. Conf. *Micral*. Synt. Hist. Eccl. part. III. p. 402. Neq; verò dubium esse potest, quin ante istum laborem ipsa religio pontificia reformationem in Sueciâ sustinuerit, quispè quæ pedetentim Christianismum in ea totum turbaverat.

XX. Hunc autem, puta Christianismum, expulso Ethnicismo primùm in patriâ plantari cœpisse circa A. Ch. 370, constat: Eo tempore enim translationem S. Scripturæ in Linguam Gothicam ab Episcopo Gothorum Thracensium *Ulphilâ* elaboratam fuisse, author est *Ioh. Magnus l. 15. c. 1.* Adeoq; sic paulatim prædicato-

res Christiani in *Schandiam* primò venerunt. Postea vero circa A. Ch. 816, Regi Svecorum *Biornoni III.* petenti misit Doctores Christianos ipse imperator Romanus, *Carolus Magnus*, primùm *Herbertum* protopastorem *Lincopensem*, deinde *Ansgarium* Monachum *Corbejensem*, posteaq; Episcopum *Hamburgensem*, qui Regem *Biornonem* baptizavit. Cæterùm, importunitate zeli Germanorum in destruendis idolis gentium conspectâ, postulavit Svecorum Rex *Olavus SkotKonung* Christianos Doctores à Rege Anglorum *Mildredo*; qui in isto statim consilio, misit in Sveciam S. Sigfridum, Episcopum *Eboracensem*, qui sedem *Wexionia* elegit in *Smol*. Et collegam ejus S. *Æschillum*, qui *Forsetum* in Sudermanniâ, quæ hodie appellatur *Estilsuona*, domicilium quæsit. Baptizavit autem Regem *Olaum* S. *Sigfridus* vocavitq; *Iacobum*, in *Hussebj W:Gothorum*. Antea, ut dictum, cognomento erat *SkotKonung*, quia contributionem, Svecicè *Skot* dictam, papæ mittendam subditis injunxit. Postea Christianismus in patria magis magisq; profeminatus & auctus est.

XXI. Finlandiæ verò indigenarum à paganismo conversio facta est circa A. Ch. 1151. tunc enim martyrio coronatus Episcopus est S. *Henricus*: is enim quia prædicaret Evangelium, & populum idolomania gentili & arti magicæ assuetum severiùs tractaret, quodam tumultu obrutus & miserè mutilatus est, cujus abscissus cum annulo pollex, posteaq; super glacie inventus, capituli Aboënsis sigillo characterem, in rei perpetuam memoriam, intulit. Reliquiæ ejusdem in templo *Nousis* depositæ sunt. Hujus coætaneus erat Rex Sueciæ, S. *Ericus*, miraculis clarus, quorum conjuncta operà Christiani-

nissimum longè latèq; fuisse propagatum liquet. Pietatem ejus magnificè prædicat *Ioh. Magnus* Hist. l. 19. c. 4. Hujus ossa Regis, postquam bello Danico occubisset, in scrinio argenteo asservata, etiamnum in Choro templi Upsaliensis, quod ipse absolverat, conspiciuntur: juxtaq; elevata insignis tabella est, monumentum raræ & inusitatæ virtutis, qua claruit uterq; Cernitur quoq; utriusq; effigies in tabula altaris templi Aboensis, pedibusquæ duæ gentis hujus imagines subjectæ Christo victoriam cedunt.

XXII. Interea pontificiæ abominationis fermentum semper averfatos esse conversos patriotas probare conatur *Bazius* p. 135. diu enim papam tentasse nostram ecclesiam antequam vinceret, ait, donec tandem A. Ch. 1148. papa *Eugenius*, legatum mitteret in patriam, *Nicolaum*, cardinalem Anglicum, qui sedem Archiepiscopiam in Sveo Gothia, quæ aliquando *Lugduni* in *Schaniâ* mansit, constitueret, ut eò faciliùs totam Ecclesiam in suâ devotione teneret. Sed cum Gothis non concordâsse Svecos de loco & personâ scribit *Baronius* T. 12. sub A. 1159. his verbis: *Hic legatus licet spe sua frustratus discesserit, tamen reliquit pallium Archiepiscopalis dignitatis apud Æschillum, Lundensem Archiepiscopum. Sed nullus Sueonum Archiepresulum inventus est, qui se Lundensi pontifici in accipiendis Episcopalibus insignibus submittere sustinuerit, & illa titularis dignitas, si quando concessa fuit, in Æschillo extincta evanuit.* Deinceps tamen audito fulmine excommunicationis, quo omnes perterruit AntiChristus, Episcopos *Svecie* factos esse pontifici R. devotos fama est. Servata est autem nihilominus toto isto tempore, Deo Laus, veritas Evangelica S. Biblijs comprehensa, quam semper aliqui

aliqui custodiverunt intemeratam: quapropter etiam Upsalix Academia instaurata est, A. Ch. 1476. per Gubernatorem Sueciæ *Stenonem Sjure* seniore, acceptâ confirmatione *Sixti IV.* papæ Romani; cum prius ibi Gymnasium saltèm fuisset, ante 241 annos à R. *Erico Balbo* institutum.

XXIII. Cœpit autem reformari religio pontificia in nostrâ patriâ diu ante mortem *Lutheri*, ut dictum est. Principium reformandæ ecclesiæ voluit Electus Rex *Gustavus Erici F.* disputationem publicam esse, quæ instituta est *Upsalia*, inter Doctorem pontificium *Petrum Galle*, Theol. professorem, & *M. Olausum Petri Nericium*, primò urbis *Holmænsis* Secretarium, postea pastorem, A. Ch. 1524. die S. Stephani. Postea refutavit idem *M. Olaus* Monachum Danum *Paulum Heliam*, qui se arrogantè nominavit *Carmelitam*, A. Ch. 1527: is enim *Lutherum* intendit reum peragere quorundam errorum. Eodem Anno quoq; crevit numerus Evangelicorum per *Disp.* alteram in Comitij *Arosiensibus*, inter eosdem institutam collocutores A. Ch. 1528. in comitij *Strengnensibus* monendum esse Regem consuluerunt ordines, ut cautè negotium Religionis tractaret. Respondit Rex verum se Dei cultum ipsamq; pietatem summo nisu, Dei gratiâ conservaturum, & ante coronationis suæ festum tres Electos Episcopos ordinari voluit ritibus Evangelicis, *M. Magnum Strengnensem scilicet, M. Magnum Haraldi Scarensem, & M. Martinum Aboënses.* A. Ch. 1529. convocatum est consilium *Orebrogense*, in quo paritèr de reformatione Ecclesiæ actum fuit. Eodem tempore *Manuale Sveticum* prodijt in lucem, & non multò post
ordo

ordo Missæ cum causis Reformationis, Articulus de justificatione, aliâq; scripta, autore eodem M. Olao, pastore Holmensi.

XXIV. Postquam Sueo-Gothi in aliquot jam publicis conventibus essent de veritate religionis Evangelicæ facti certiores, instituit Rex generalem visitationem totius patriæ, in quâ prædicatores populum, præter alia, de fide salvifica fidelitèr informarunt. Translationem Bibliorum in Sueticum idioma orsus est M. Laur. And. presbyter Strengnensis, factò initio, Lutheri exemplo, à Novo Testamento.

XXV. Adolevit etiam circa hæc tempora Luthera-
na Religio hic in Finlandia, & ex Biblijs Suecanis translatum est N. Testamentum in lingvam Finnicam, autore M. Michaële Agricolâ, pastore Aboënsi: Atq; sic transplantata est orthodoxia, Dei gratia, per totum Regnum.

XXVI. Unio autem reformatarum in Svecia & Germania Ecclesiarum, primò quidem facta & procurata est A. Ch. 1537. per legatos Electoris incomparabilis Saxonie *Iohannis Friderici*, & Landgravij Hassiæ *Philippi*, ad R. Gustavum i. missos. Deinde renovarunt eandem principes Evangelici, A. 1542, per legatum in Sveciam missum *Franciscum Burkartum*, Electoris Saxonie Cancellarium, postquam audivissent Papam R. *Paulum III.* Bullam exscripsisse de *Concilio Tridentino*, ad quod O. imperij status sine exceptione invitarentur. Qua confœderatione validissime est usq; in hodiernum diem Romanorum invidiæ & molitionibus Satanæ occursum.

XXVII. Non tamen diu à furijs hæreticis & diaboli insidijs tuta mansit Ecclesia reformata: potestas enim
tenebra-

tenebrarum circa mundi vesperam sævit validius, Domus Dei verò inconcussa inviolataq; adhuc, Deo laus, est: quippe super petram fundata, Primum symptoma sentijt hoc Christi corpus tempore Regis Erici 14:ti; factus enim consiliarius Regius, qui antea præceptor erat, *Dionysius Beurreus* Galus, suavit reformandam esse Ecclesiam Svecanam more Calviniano; quod tamen consilium saluti animarum perniciosissimum, Dei beneficio & curâ piorum patriæ Doctorum, cum primis Archiepiscopi M. Laurentij Nericij, fuit infatuatum & impeditum: hic enim incredibili pietateurbationi Ecclesiæ patriæ se fortiter opposuit ore & scriptis.

XXVIII. Alterum paroxysmum sustinuit Ecclesia patriæ regnante R. Johanne III. quicum uxorem duxisset Catharinam Jagellonicam, Sigismundi Regis Polonorum filiam, à primordio in religione pontificiâ educatam, facillè hujus precibus, quippe non aliter matrimonio consentientis, quam ut, si Rex fieret, Romanam Religionem non solum amplecteretur ipse, sed & in toto regno eam curaret divulgandam: sollicitationibus Ecclesiasticis aulæ Jesuitici I. *Herbesli*: urgente nuncio Apostolico *Antonio Possevino*, & *Laurentio Norvego*, postea *Klosterlase* dicto: scriptis & Epistolis per plurimos *Stanislai Hosij* Cardinalis Warmiensis in Borussia: suffragijs etiam *Fechten* secretarij; is enim præcipuus director causæ liturgicæ extitit: colludente etiam *Laurentio P. Gotbo* Archiepiscopo, Liturgiam seu Missam pontificiam approbante non solum, sed & promovente summo studio; seductus tandem est Rex *Ioannes*, ut à parentis testamento & fide Evangelicâ deficeret. Huic veneno tamen longè lateq; in patria sparsa *δμοθυμαδόν* restiterunt, non solum exules M. Abrahamus Archiep. M. Salomon, alijq; à Rege, quod liturgiæ contradice-

rent, proscripti, ut è scriptis eorum antiliturgicis videre est; Verùm etiam domestici. E. g. in Synodo Wexion. A. Ch. 92: 20. Maij, confessionem antiliturgicam Regi mittendam totus dicec. clerus adornavit, è quorum numero duo Holmiam missi, D. *Steno Magni* Pastor Wex. & paulo post in *Brshult* (cui *Plalmus Säfön* *lyser*: ab Ep. M. Pet. J. dicatus est, ut ex literis init. sing. versuum liquet) & *Jonas Andreæ*, qui Liturgiã planè damnarunt Prodiit quoq; circa ea tempora scriptũ antiliturgicum Diœcesios *Strengnensis*. Extat prætereã solidissima Responsio apologetica professorum *Nicolai Olai Both*, *Petri Kenicij* & *Erici Jacobi*, cum literis Liturgicis Archiepiscopi *Andree* data, tum obligationi liturgicæ 18 Dec. A. 91, præscriptæ. Hæc & alia Religionis certamina varia tum temporis extitere, donec divinã clementia, Duce *Carolo IX.* Augustana confessio genuina, cum reliquis Ecclesiæ symbolis, juxta *ôp. Sôdôxiar* Apostolicam declaratis, magno consensu 306. Clericorum in Consilio Upsaliensi A. Ch. 1593. approbaretur, & o. idolomania pontificia tanquam salutis æternæ exitialis cum cunctâ heterodoxiã planè rejiceretur. ¶

XXIX. Adhæc, judicia accesserunt Theologorum variorum in Exteris, *Jacobus Rungius* superint. pomeraniæ A. 77. 8. Aug. scripsit: *Librum istum Liturgicum Ecclesie Dei obtrudi, idq; satis ingeniosè & callidè, in hunc præcipuè finem, ut Missa pontificia, quæ columna est Regni AntiChristi, revocetur ac stabilatur.* Idem sensit tota Theologorum *Helmstädiensium*, *Witebergensium*, *Liptensium* & *Francofurtensium* cohors.

XXX. Tertia Religio Lutherana tentationem subivit post Electionem R. *Caroli IX.* A. Ch. 602, quem quia fautores *Calvinismi*, odio pontificiæ religionis arde-
re cognovissent, offerebant se, qui & Regem decipere

& Ec.

& Ecclesiam iterum more Calviniano reformari cupiebant. Scripsit enim quidam *Theodoricus Micronius* nomine, theses sententiam *Calvini* defendentes, quas jussu Regis oblatas sibi, solidè refutavit Archiepiscopus *M. Olaus Martini*. Catechesin Calvinianam item à Seductoribus Regis idiomate Suetico publicatam pari pietatis zelo profligavit; Concionem idem impressam & civitati *Holm*: dedicatam, ex c. 7. *Math.* de Pseudoprophetis cavendis, imprimisq; pontificijs & Calvinianis, utpotè patriæ sapissimè infestis pro dignitate materiæ, incredibili artificio tractavit, ut animadvertere singuli possent accuratæ cautionis tempus venisse. Compositæ jam ad quietem Ecclesiæ rursus invidit tentator *Satanas*, & ad excitationem per publicatam novam Catechesin Calvinianam, turbas, scandala simplicioribus ingentia dantes, advenit Scottus quidam *Ioh. Forbesius*, Sæditare ab incolis dictus, à deceptoribus Regis in patriam accersitus. Cum hoc eodem idem Archiepiscopus *M. Olaus Mart.* cum socijs *Upsaliæ* congressus est, A. Ch. 1608 17. Nov. ejusq; dogmata publicâ disputatione in præsentiam Senatorum Regni masculè protelavit, ostenditq; hunc & similes, Christi ovibus instar luporum insidiari. Cui suffragatus est poëta suo *τῆς τῆς ἰαυῆ* januæ Auditorij *Acad.* affixo eodem die;

Forbesius præsto est ne mordeat ille cavete,

Quos Christus sanctâ morte redemit oves;

Forbesius nostrâ nam lingvâ denotat illum

Balantem mordens qui vorat ore gregem.

XXXI. Quartum, ferias Ecclesiæ Lutheranae interurbare molitus est Draco infernalis sub interregno A.

Ch. 1638. Tum enim Upsaliam accessit Joh. Duræus Calvinianus, isidem Scotus, qui specioso fatis titulo syncretismum cum nostrâ Ecclesiâ tentavit. Verùm id meritissimè à Fac. Theol. tulit responsum, non esse aliam religionis concordiam sternendam viam, quàm quæ scorijs *ψευδοδιδασκαλίας* Calvinianæ planè abjectis, planitie *ὀρθοδοξίας* Ecclesiarum nostrarum lutheranæ gaudeat. Idem pacis Ecclesiasticæ (Christobelialiticæ potius) desiderium ante triennium visus est nonnemo his locis, venditis suis olivæ Ramusculis, ostendere. Matthiæ Nicandri quoq; semina Syncretistica hinc spargi cœpta sed improbata sunt eodem anno; à quibus meritò abhorrent omnes boni. Sed ad institutum.

XXXII. Quia verò provehendæ religionis cursus lingvæ sint, vehementer, eam ob causam, foret optandum, ut plures Theologiæ dediti non solum prænominatis, sed & lingvæ Moschoviticæ operam darent, quò Ecclesia verè Christiana crescere in his terris, hoc est, numerus fidelium ac vitæ cœlestis hæredum, horum beneficio organorum posset augeri, ut vaticinia divina promittunt, dum multi plurimis, ad Dei gloriam, populis his luminum præsidij prælucere. Fulgorem ab oriente in occidentem semel sparsum reflecti nil inhiabit: sic enim *Augustin.* super prophetiam Chr. Math. 24: 27. l. i. *Quest. Evang.* c. 38: ait: *Fulguris nomen ad manifestationem Claritatis Ecclesiæ pertinet.*

XXXIII. Quare verò pronominata lingvæ à Sueticâ *δις διὰ πασῶν* & toto genere discrepent, genuinam & proximam assignare difficilimum erit causam: nam olim hos populos diversis paruisse Regib. ideoq; mansisse ut

se ut conversatione & negotijs separatos, ita quoq; lingua commercio distinctos, difficultatem omnimodam non tollit; enimverò præterquam quod negotiati semper Finnones cum finitimis Suecis sint, quos propterea *Kuodzilaiset* / sumptâ denominatione à proximis Roslagijs, vocant, sicut *Sarolaiset* Germanos nuncupant, quippè inferioris Saxonix populos seu Megapolitanos maritimos esse constat & viciniore: eandem, si non prægnantiorrem causari rationem pro adstruenda suarum linguarum differentiâ specificâ possent Dani, Germani & Belgæ. Verum non esse eas vel à se, vel à Sæcanâ specie magis discrepantes quam à se invicem tres superiores, aut lingua polonica Bohemica & Hungarica sunt: sed solum dialectis discretas, ipsâ experientia docet; Nisi statuere velimus unius in Smolandia provinciæ *Synnerbo* / dictæ, ubi natus sum, dialectum specie à reliquis differre, quia quosdam periodos, more Dalekarlorum cæteris enuntiet valdè dissimiliter: E. g. *Haire ta plejelen/ ga på Lon å torsse ain trawe biugg te dauren*: quæ verba tantundem valent, acfidicas: Puer cape tribulam, abi in aream & excute 24. manipulos hordei, donec paretur jentaculum. Sufficiet ergo pijs univèrsali causâ contentis divina pro suo beneplacito, linguas, sermones & eloquia gentium dirigens providentiâ.

XXXIV. Sed & acrius de harum antiqvitae linguarum certamen existit. Petrus P. Upsal. in Chron. Suec. p. 1. refert, Magogum Japheti filium primùm rexisse Schytiam Europæam, quæ hodie Finlandia dicitur; & deinceps pag. 9. in vitâ Sichtrugi, facit mentionem Regis Finnorum *Sumble* / eiq; desponsatæ *Oro* filix R:

Suecorum, raptæ verò à Gramo R. Danorum. Hinc *Suomänmaa* q: *Suomblenmaa*, quod notat Finlandiam, verisimilius inmediate deducitur, quam vel à *Suoda*/benevolendo, vel à *Suomus*, quod squamam notat. Ipsa verò Finlandiæ vox potius à *Finna*/seu inveniendo deducitur, quam vel à *Fijn* seu pulchro derivatur, vel alia conjecturæ qualiscumq; origine: invenerunt enim in eâ olim Sueci, à Rege suo *Erico 7. Segerfell* dicto domitâ, juxta universa ferè loca maritima sedes, quod non solum integræ Suecanæ Ecclesiæ probant, sed & nomina oppidorum & pagorum Suecica evincunt, ut in Bothniâ orient. *Wasa*/quod pontem significat è ramis confectum, qualibus in via olim Suecia usa est, quorum character deinceps insigne regium factum est. *Pederhöör* &c. in Nylandiâ *Helsingfors*/ *Suensby*/ *Nilsby*/ *Olshy* &c. Lingvam verò gentis Fionicæ vetustate reliquis non cedere patefactum est è propositionis principio,

XXXV. Inter Scandios verò & Cimbros de prisciore sermonis sui usu, minor est quam de freto lis & controversia. Verùm Suecis de eâ re & Germanis esse solent altercationes frequentiores. Quod autem cum his de antiquitate sermonis certate possint illi, antea aliquando in hâc Acad. disputatum fuit & demonstratum; probariq; idipsum amplius posse his duobus documentis credibile est. 1. *Sueci* à *R. Suennone*, qui Japheti nepos & Noachi pronepos erat, nomen sortiti sunt, ut laudatus Petrus P. Dn. N. Jonas M. Wex. alijq; ostenderant: Noachi enim filij fuerunt *Sem*, *Cham* & *Japhet*. Japhet filios 7. habuit, quorum primus *Gomer* erat, secundus *Magog*, cui 5 filij generabantur: *Sueno*, Sueonicæ gentis author

thor; *Gether*, quem alij *Gogum* appellant, nomen suum Gothis relinquens; *Thor*, *German* & *Ubbo*, qui Ubsalæ q: ubbonis aulæ dedisse denominationem existimatur à nonnullis: Inveniuntur ergò in hâc gente vestigia vetustissimi post diluuium sermonis.

XXXVI. Verùm Germanorum *Teuto*, Tacito dictus *Tuisco*, unde vox *Tyff* ortum trahit, pro indigete & Deo è terrâ oriundo cultus, eò quod gentis ejus fundator indigena fuisse à simplicioribus credatur, quo tempore vixit, hodie ignoratur à plurimis scriptoribus.

XXXVII. Vocem *Germanorum* quod concernit, variant de origine ejus authores (α) vox ista à Romanis, esse inventa *Straboni* L. 7. creditur, quoniam cum primum *Rhenum* devictis Gallis transgressi fuissent, videntes eos & feritate animorum & proceritate corporum, & colore albo; cæterùm formâ & moribus & vivendi ritu Gallis simillimos, *Germanos* eos, puta fratres esse Gallorum existimârunt. (β) In libro *Talmud* opponuntur vocabula: *Germanus* & *Cuschi*, seu *Æthiops*; illud q: album significans instar *v̄ Gerem* seu ossis; hoc verò nigrum denotans. (γ) Sunt qui *Germanos* inde dictos putant, quòd peculiari huic nationi ritu se mutuò suâ lingvâ *Germanos*, hoc est fratres seu *Brüder* consalutent. (δ) Eruditi tamen inter eos hujus vocis *Γερμαν* ex lingvâ domesticâ petunt: *Ger* enim seu *Ger* totum appellant, & *Man* virum, ut nos, nominant, q: *Germanum* salutes integrum virum. Quibus ut faciliùs quis faciat fidem præstat vocabulum *Alemanus*, quod in inferiore Saxonîâ idem valere quod in superiore *Germanus* solet: illi enim pro toto usurpant particulam *Al*. (ε) Deniq; non levi conjecturâ niti is videretur, qui *Germanos* nomen unâ cum

cum sanguine, ex fratre *Suenonis Germani*, statueret esse adeptos, & hinc quoque derivatam propinquitatem linguarum: sicut etiam à *Svenone Suecia*, à *Gethero Gothia*, ab *Humblonis Suscorum Regis filio* 1. *Dano Dania*; 2. *Angulo Anglia*; 3. *Nore, Norrvegia* denominata est. Stante enim hac hypothese, quod à *Magogo* deducantur *Sueo-Gothi*, ut contendit *Iohannes Magnus*, potius à *Germano* oriundi Germani videntur, quam ab *Ascena*, nepote *Japheti* & filio *Gomeri*. *Ascanios* quidem *Cimbris* mixtos fuisse olim non est absurdum, ut certâ conditione etiam fatetur *Fridlibius* in obs. Bib. V. I. p. 44. & bibl. Win. consentiunt super Jer. c. 51; 27. Dicitque præterea *Philippum Nic.* in lib. de ant. Germ. sententiam *Johannis M.* eruditè castigare, fortassis ex eo, quod *Turcas* à *Magogo* exortos esse plerique statuunt. Verùm hæc non sunt *à visæra*, ei potissimum, qui novit *Magogi imperium* fuisse amplissimum, & in oriente extensum usque; ad fluvium *Tanaïs*, qui in paludem *Mæotida* se exonerat. Hinc facile ei fuit *Filium Thor* vel *Tureis* præponere, quibus, olim neque Germani neque nos, quippe *Ethnici*, eramus meliores. Quicquid tandem sit, ætate ab his non superari *Svecos*, & linguam nostram æque antiquam, si non adultiorem esse liquet.

XXXVIII. II. Alterum argumentum bonâ consequentiâ mutuari licet è *Taciti L. de situ, moribus & pop. Germ. p. mihi* 58; ubi hunc in morem disserit: *ipso Germanos indigenas crediderim, minimèque aliarum gentium adventibus & hospitibus mixtos; quia nec terrâ olim, sed classibus advehebantur, qui mutare sedes querebant, & immensus ultra, utque sic dixerim, adversus oceanus raris ab orbe nostro navibus aditur. Quis porro præter periculum horridi & ignoti maris, Asiâ, Africâ, aut Italiâ relicta, Germaniam peteret? informens terris, asperam cælo, tristem cultu aspectuque, nisi si patria sit.*

XXXIX. Quibus verbis supponuntur nonnulla, & quidem hypotheses iisdem continentur seqq. I. Per *Germanos Tacitus* intelligit etiam *Suecos*, quos pag. m. 604. *Svionas* vocat. Imò pag. sequenti, ad *Peucinatorum, Venedorumq;* & *Fennorum* nationes *Germanis* an *Sarmatis* adscribat, dubitat. II. Hos omnes putat esse indigenas, more *Ethnicorum*, ab indigetibus scilicet & dijs tutelaribus prognatos; ignarus quippè *Sacræ* historiæ de ortu, dispersione & migrationibus gentium in varias terrarum orbis partes: Omnes enim primò egressi sunt de montibus *Ararath*, Gen. 8: 4. quos LXX interpretes putant esse altissimos & gelu perpetuo rigentes *Armenia* colles *Gordiaeos*; quod etsi sit factum naturale, miraculo tamen omni, œconomia negotij hujus non caret. III. Ab austro (quod caput rei est) & plagâ mitiori in horridum Septentrionem seu, quod idem est, è *Germaniâ* in specie sic dictâ, in nostras aliquem habitationis causa contendisse terras, non dum præsertim adedò multiplicatis hominibus, iudicat esse absurdissimum.

XL. Quod prænominatarum lingvarum originem attinet, fatendum est, nullam earum ita esse primitivam, quin passim expressi in ijs percipiantur *Lingvarum* cum occidentis, etiam tum orientis soni. In *Lingvâ Suetica* enim, simul & *Germanicâ* reperiuntur vocabula, nisi pauca, fortè à *Gothis* in *Italiam* profectis latinitate donata excipias, deducta à vocibus I. *LATINIS*, qualia esse possunt sequentia: *Adamas*, *antis*, *Demant*; *Açito*, s. *acha/g*. *erachten*/ à frequenti intuitu; *Ago*, re *Afra*; *Angor* *Angra*; *Amo* *dôm*, q. sui conservans; *Argilla* *Sirga* per *ûs é-poriv*, *Seer*; *Armus* *arm*/ *Ars* *art*/ *Auris* *ôra*/ *Aro* *ârja*/

Alinus asne; Axilla axil. Bestia beest/ Balsamus balsam/
 Barba g. bart/ Baro baar nudus q: purus; Beatus baāt/ na-
 vigium quo baāt/ id est, lucrari solemus, Blœsus Lâsp
 id est, lingua titubans per *ὄσεγ*. Bracca bracka/ gothica
 potius quam latina vox; Brevis l. breeff g. brieff; literæ
 enim involvi solent & breviri; Bulla bulle. Caco face
 fa/ Cæsar Kaysar/ Calix l. Kalf/ g. fâll, Calx Kalc/ Ca-
 mera sammar/ Campus kamp/ Capla Skâp/ Caput l. hoff/
 mud/ g. haupt/ Casa l. Kâta/ g. Kaut domuncula, unde
 Kâtfarl inquilinus, Caleus g. Kees/ Catus l. katt g. kâg
 ab astutiâ, Caulis Kââl/ caupo l. fôpa/ g. kauffen, causa
 fin. foosa/ Cautus kâat per *ἀρριφραση*, Charta kort/ Char-
 rus kâr/ Chorus Chor/ Cista lista/ Cithara Citra/ Clango
 klinga/ Clarus klar/ Clivus flifwa/ scanduntur enim accli-
 via & declivia, Collis fülle/ Cometa comet/ Corbis l.
 korg/ g. korb/ Cornu horn/ per aspir. ab H. Karan gr. *κέ-
 γασ* idem; Corona Croona/ Corpus Kropp/ Creo Kry/ id
 est, sanus q: recreatus; Creatura Kreatur/ Cresco karr/
 id est sospes, q: accrescens; Creta Krita, Crux l. kora/
 g. Creuz/ Curtus l. kort g. kurz. Decem l. Tijo g. Zehen/
 Dens l. Tand/ g. Zan/ Dicto dicta/ Discus dist/ Dolus dô-
 lia/ id est, celare, q: clam fraudare, unde Dulgabrâp/
 homicidium clandestinum, Dormio dolma/ dormna/ Duo
 l. tuâ g. zwo/ Duplex dubbel/ Duras dyr/ id est, carus per
μετάφ. Draco drake, Edo l. âta/ g. essen/ Ebrius issrigh
 id est vehemens, per *μετρον*. Fabula Fabel/ Fallo
 falla/ id est, cadere, q: sibiipsum gressum frustrari, Fallax
 & Fallus fall/ Fenestra Fenster/ Feriæ l. fîra/ id est, ce-
 lebrare, g. festtag/ id est, Festum fest/ Fero fôra/ Ferus
 fôor/ id est robustus per *μετρον*. Finis fijn/ id est, pulcher
 nam o. finis est bonus. Fixus fix/ id est constans, æ-
 quus

quus &c. Flo flåsa/ Floccus floct/ Flos flõt/ Fluo flyta/ Fluvius flobh/ Foetus a, um, fect/ Fulgeo fõlga/ id est sequi q: lumine aliquem prosequi subsidiario; Frater broder, per mut. lit. Gannio ganna/ id est, elevare mentum per *μερον*. Gaudium godh/ Gudh/ gott per *μερον*. gelidus s. ledh, g. glied/ id est, artus; solent enim articuli in animalibus esse frigidiores; Gemo gõma/ id est, custodire, q: dolorem abscondere; Gero gõra/ Globus g. glaube/ i. e. fides; quippè circulum amans: *αυτ@, εφω, ινα πισευω; πισευω οτι αυτ@, εφω*: i. e. Deus dixit, ut credam, credo quia Deus dixit; Glisco glitra/ Gravis s. Grefwe/ g. Graff per *μερον*. Gryllus grillar per *μεραφ*. Gressus gråß/ herba e terrâ egrediens; Grossus g. gros: ficus enim quamvis immatura, grandior est uvâ. Habeo s. hafwa g. haben/ unde hæstvor divitiæ, hamus Homma instr. piscatorum; Hæstus õðst/ Herus Herre/ Hiuleus Jolfer/ Hirsutus & Hirtus s. hior/ g. hirsch/ per *μερον*. adj. Horreo hõra/ quia inter assidue audiendum q: obstupescit homo; Hysopus Jfop. Interesse Jntres/ Intro intråda/ g. eintreten/ jugum oof/ g. Joch/ juncus vng/ junter/ g. Jung; Juste just. Labium læpp/ lipa/ Lacer lasig/ Lancea lang, Lappa lapp/ Larva larff/ Lasso låsa/ las/ Laudo losra/ Laus loff/ Lego låsa g. lesen/ Lenio lena/ Lenis leen/ Leo Lejon/ Lex, gis lag/ Liliu lilla/ Linu llin/ Longus lång/ Luceo lysa/ Lucidus lius, Lorco luter/ Luceo luster/ per allusionem: Ludus & lusus lust, Lutum luuth: lixivium enim aqua crassior est. Macer Mager/ Machinor g. machen/ Madeo g. mad/ vermis, quippè in putredine nascens, s. Matt och maal/ Mamma Mamma me/ Maneo mana/ Mango månglare/ Mantile mantil/ Medium, Medulla medel/ Mejo Måga/ Mens mening/ Menta mynta/ Mentum menta/ q. eutem instar menti condensare,

mercor marefne/ metor meeta/ minor migna/ minuo min-
 fta/ molo miöl/ fmol. mell. mala/ g. meel/ mollio möllia/
 munitio muntering/ murmuro murra/ murus muur/ mus
 muus. Nasus Näfa g. naas/ natura natur/ nebula g. nebel/
 nix sniö g. snie/ nomen namph g. nohne/ nomino nempna/
 rovus hy g. new/ novem tio g. hein/ nox natt g. nacht/
 nu x nött g. nuff. Oblongus aflångh/ obscuro ftura/ *ἀν-
 τιφ*. Octo ätta g. acht/ oleum olia/ g. ööl/ ordo ordning/
 ovum egg/ g. Ey. Papiila pappä/ par par/ pars part/ pas-
 fer sparff/ passus pass/ pellis pels/ pelta pielt/ indumen-
 tum, penna pinne/ peplum pepla/ i. e. foeminarum instar
 minutim dolorem exprimere; Pes foot/ g. fuff/ pilum
 päll/ piper pepar/ pipio pipa/ piscis fiff/ plumbum plump
 à densitate subtilitati oppositâ, pœna pina/ pondo pund/
 premo, pressi, pressa/ princeps Pring/ prisceus friff/ *ἀντιφ*.
 proba prófwa/ proba proff/ g. prob; pullus sööl/ sola/ pul-
 vis g. pulwer/ punio pantiart/ i. e. gladiolus, purus puur/
 pusillus pófling/ q: nanus, putrelco Träff/ in stagnis enim
 aqua putrescit; puto pytt/ signum dissensionis ironica.
 Quatuor fyra, g. vier/ quinque fem/ g. funff per *ἀλάω-
 αν*; qualillus föll/ per *ἀφαιρ*. quietus quitt/ quisquilia
 ftolor/ quatio stala/ per *ὑσέρ*. Rabies Rann g. raob/
 Radio rötia/ *μετάφ*. Rapió rötwa/ rastrum roster/ ra-
 vis raas/ per *σύνκ*. rectus retti/ g. recht/ rego, re, regera/
 rheda reede/ borede *συνέχδ*. redeo, re g. reden/ per *κα-
 τάχρ*. rosa roos/ ruga ruggot/ sacer safter per *ἀντιφ*.
 Sal salt per *παραγ*. scabo stabb/ scalmus stálm ob lu-
 bricitatem, *μετάφ*. scamnum g. schemel/ scarifico
 starp g. scharff per *μερον*. Scaurus stár per simil.
 scobs stufwa, g. schoben per *μετάφ*. scorbutus stórbiugg/
 storrff/ scoria stór/ per *μερον*. screo streda/ scribo stria-

ma g. Schreiben/ scribium *Strin* / scriptura *Striffte* / securus
seker / *sekur* / *Sedeo stia* / g. *sizen* / *sedes sate* / *septem sin* g.
sieben / *sex sex* / *Serenus reen* per *ἀφαιρ. καὶ ἀπόκ.* ligno, signa/
signum signet / *simplex stmpel* / *locer swäger* / *Sol sool* /
lornium sömpn / *soror syster* / g. *schwester* / *spargo spricka*
sprenzia / per *ἐπέν. καὶ μεταβολήν* / *spuo spotta* / *sputum*
spotti / *sputo sputa* / *sto stä* / *stamen stam* / *stannum teen* /
 g. *zen* / *stillo stilla* à continuando, *stiva styff* per *simil.*
sterno ströð / *stratum* g. *straf* / *strenuus streng* / *stringo*
strengia / *tubula syl* / *sibel* / *sudo swetta* g. *schwizen* / *suco, sy* /
sugo suga / *sulurrus sorl* / *syrupus sirap.* *Taberna Taffwas*
re / i. e. *cauponarius* per *μερον.* & *ὑσέρωσι*, *tabula taf*
sta g. *tassel* / *tacco tisa* / *tapes tapet* / *taxo tara* / *templum*
tempel / *teneo teen* / *μερον.* *tepeo teep* / *tergo terka* / *termi-*
nus term / per *ἀπόκ.* *tingo ting* / *color enim aliquid re-*
ale affert; *tyro ture* / *titulus titul* / *titel* / *tono dona* / *tonus*
don / per *mut. lit. dent.* *tragula Tiggare* / *dan. tryglere* /
quod hastis pro gladio, & q:retibus pro indumento utan-
tur mendici. *Tria tree* g. *drey* / *turbo bedröswat* per *πρόσθ.*
 g. *Trib.* *tritus trädð* / g. *getreten turgeo trög* / per *μετάφ.*
Vaco waka per *sim.* *Vado wada* / *vadium wadh* / *Vagio g.*
balgen / per *ἐπέντ. καὶ μεταβολ.* *vallum wall* / *vario wä*
ria: *defensor enim variat galeam, udus wäth* / per *παρον.*
vehemens hempnaf / *παρον.* *Volo, le, wilia* / *velox flux* /
 per *συκοπύν.* *vendo wandra* / per *μερον.* *caulae fin.* *Ver*
wäat / *veredus wredh* / *μετάφ.* *iratus enim instar equi ve-*
natorij est; *Verfor, vector, wistas* / *vespa wispa* / *vexas*
re fixera / *unus een* g. *Ein*, per *ἀλλοίωσι*, *voluto welta* /
 per *παρον.* *Zingiber ingeser* per *ἀφαιρεσι* &c. *Nomi-*
na quoq; propria ejusdem originis prostant: E. g. *Aug-*
ustinus Steen / *ἀφαιρ.* *Antonius Anton* per *ἀπόκ.* *A-*

drianus Adriān/ Egidius Eggert/ per παρον. Barbara Barbros/ Beata Beata/ Bernhardus Bern, per απόκ. Benedictus Bengt σύνκ. Cyrillus vel latinus Carolus Carl, Claudius Clas/ Clemens Clemen, Cecilia Cifila/ per παρον. Clara Klara/ Conradus Conrat/ Emerentia Emerenz, Fabianus Fabian/ Franciscus Franz/ Gregorius Gregs/ Justus Joost/ per σύνκ. και απόκ. Justina Stina/ per απόκ. Ludovicus Ludwif απόκ. Laurentius Lorenz/ Lars/ Lasse/ per σύνκ. Leonardus Lenard, Leopoldus Leopold/ Lucia Luse απόκ. και ύσέρ. Mauritius Morth/ per σύνκ. Margareta l. Gertrud g. Greta, Regina Regina/ Rodolphus Rolff σύνκ. Rupertus Robert/ per παρον. Sebastianus Bastian per απόκ. Severinus Söffringh per παρον. Scholastica Lastila απόκ. Sylvester Soltwast απόκ. Valentinus Ballentin/ Walerianus Wallrian/ Urbanus Urban. &c.

XLI. II. GRÆCIS: per easdem Figuras grammaticas & tropos rhetoricos: qualia esse possunt sequentia: ἄγγελος Angel; ἄγκυρα ulna, ἄνελ viduus q: sine ulnis, ἄγκυρα Ankar, ἀγρός āler g. acker/ ἀήρ wāder, ἀπεικός lectare/ ἀπρω hāffia/ ἀρπη ensis falcatus, ἄρπαξ rapax Rōf, wāre g. Rauber/ ἀστὴρ Stierna g. Stern, ἀυλη aula affi wel/ affla παρὰ τὸ ἀμυλο, q: locus perflabilis & generationi aptus. ἀξίτη securis, ἡρε/ g. ar/ ab ἀξω frango. βαίρω vado, Βανα/ parare viam; βάλλω jacio, bellē latrare; Βάρβαρος à Chald. Bar, quod significat externum barbariss/ g. bawr/ baurisch. βίβλος bibel/ βλέπω ceruo, beleswa/ discernere; βοηθός opitulator, boota opitulari; βόσκω pasco Bussar/ arbusta; Βραβεῖον victoriae præmium, Βραβ fortis, excellens; βρέχω vehementer rigo

rigo brāfa g. brechen/ frangere, item brāfa balare; βέν-
 ρον g. butter; γαστήρ venter g. garstig foetidus; γέννα
 hinnoḿsdaal/ Helwete g. helle, composita vox ex H, GE
 & Hinnom, id est vallis Hinnom; γέµω plenus sum, γός
 ma servare in promptu; γένω gusto, γάff sensibus ob-
 vius; γλυκός dulcis g. glück/ fortuna; γόνυ genu, knā/
 g. knie; γύνη uxor, vñna, g. ginnen, favere: quia uxor est
 q: unica soror; δαμάω domo, Dam/ Dāma sistere; δα-
 βολός Dieswul/ g. Zuffel/ διάκονⓄ dieknc/ g. diake/ δό-
 λⓄ dolus, δάfigh nullius pretij; δόλων pugio, doltf idem;
 δέλⓄ servus, g. Dull/ Zoll stultus abiecius; δράσσω,
 ττω, concipio, prehendo Dráttigh/ fructuosus; δρέπω
 abscindo, drāpa interficere; έλω traho, hálfa difficilis
 vectura ob lubricitatem; έπισκοπⓄ Biskop, g. Biscoff;
 έπισολή epistel, έθνικός hedning g. heid; ζώνη cingulum
 dona g. Zhon/ reticulum pro capiendis avibus; ήλιⓄ
 Sol, Hell Clarus, procul dubio ab H. Hel splenduit:θάλλω
 vireo, Zall abies q: semper virens:θηρ bestia, Dur,
 g. Zhter; θρήⓄ ό ηµι τò lamentatio, Zārar/g. Zhrenen
 lachrymæ, θρησκⓄ religiosus, Zreest fidem non facile
 fallens, θρόνⓄ Zbroon/ θώραξ Zrója; ισⓄ æqualis,
 ffs glacies, q: semper & ubique sibi similis: κάλαµⓄ
 arundo, Kalmus fruticis species; κάμηλⓄ, Kameel/
 κάµινⓄ g. Kamin; κάνη storea, g. Kana oblonga & q:
 strata cymba: κέρµα segmentum, ferma rheda rustica;
 κεντέω pungo, kant extremitas, angulus, q: stimulus;
 κισάρα Citra/ κόραξ corvus Korp/ κύµινον cuminum
 kumin/ κυριακός ή, όν, dominicus Kyrkia, ecclesia, λάµ-
 σω splendo Lampā fax, λέβω libo, g. lieben amare, qua-
 si primis labris attingere, λέιχω lingo láfa mederi, λή-
 ρⓄ nugæ, g. Zehr vacuus, inanis q: nugas vendens, µα-

λάσσω p. χα mollio, **Mólsta** mulfum, μάσσα **Mann** ex H. *Manhu*, i. e. juxta LXX. τι ἐστὶ τῆτο, quid rei hoc est? μάργυρ ab H. *Amar*, locutus est, q: veritatem eloquens **Martyr**, μάσσω, ττω, subigo, **Matt** subactus, fatigatus; μάχομαι pugno, q: ab H. *Macha* delevit, g. *machen/masa* / movere; μείρω partior, meer amplius, μήτηρ g. **Mutter** / l. moder. μῖσθον τὸ odium q: ab H. *Maas* reprobavit, **Mis** part. privativa, ut g. *misginnen* / l. *misgunna* odifse, μοιχός mœchus q: ab H. *Maach* comprimere, **Molen** debilitatus; μόρφη form. μύθον verbum, g. **Mieten** e-locare, quod non fit sine interventu verborum, νῆσος insula, Νύξ / νύξ nox q: ab H. *Nuach* quietcere, g. *nacht* / l. *natt*, νύσσω, ττω, pungo, νύσα sternutare, quod pungit cerebrum; νύσσω, νύσσω, nicto, νόστα glomerare; ξηρός aridus **sár** separatus; ὄβριζον **Príff** / q: aureum, gloriosum, ὄδο δὲ. χεῖρα custos viarum, ἡδύς / prædo, quales in Hungaria; ὄζω oleo, ὄσα / malè olere; ὄνυξ vinum ab H. *Iain*, Syr. *Iena*, **Wijn**, ὄνομα nomen g. *nahine* / l. *nampn* / ὄρεγομαι appeto q: à Chald. *arag* desiderare, arg malus, ὄρη impetus **harmi** impetus iræ, ὄρχεομαι salto, ὄρκα valere. παῖς puer **ποικί** / παρόδεις, ab Heb. *pardes* **Paradiso**; παρόδον q: ab H. *parad* separavit, **Pard** pardus, coloribus variatum animal, πέριθω circum curro, g. **Perr** / pferde, πατάσσω percutio, q: ab H. *Pattisch* malleus, **Sasa** idem, πάπυρος ἡ πάπυρ, πάτηρ g. **Batter** / l. *fader* / πέζα planta pedis, & πῶσ pes, g. *fusz* / l. *foot*, πείνα fames, πῆνα q: poena ut supra; πέμπω mitto **pamp**, missile, gladius, πένθος luctus, πάντῃ hypotheca, quia agrè datur, περίοικον circuitus g. **Perik** / l. *Peruf*, q: domus circa caput, πλάσσω fingo, **Plasa** / fingere torturam, πλῆσσω, ττω, verbero, pletta idem, πρῆσσω, ττω, ago, g. **Praten** aditare sermonem;

πρέσβυς, ὑπερ@, ὑτατ@, prest; προσήλθων proselyt ad-
 vena; πῦρ ignis, g. für, fenvr/ πύργ@, g. burgk/ l. borg tur-
 ris; ῥάβδος perfundo à ῥέω fluo, rinna idem; ῥαντίζω al-
 pergo, ράβδος purgare; ῥέδῃ rheda, g. reiten l. rida vehi;
 ῥήσω frango, q: ab. H. Raatz fregit, g. reisen/ rumpe-
 re, inde riss virga; ῥύμη platea, rum locus, rymma fu-
 gere; σάτω onus impono, q: ab H. Satz ponere, g.
 satt satur, item satlen/ l. falla/ sternere & q: onerare equum;
 σέμνός venerabilis, samῆ/ semῆ/ concordans, quadrans;
 σινδών amictus ex lino ægyptiaco, g. seiden/ l. siden/ sille
 sericum; σίνηπι g. sinff/ l. senap; σκέπω velo, g. (schiff/ l.
 ftep/ navis; σκορπι@, Skorpion; σκύλλω vexo, q: ab H.
 Sichel infatuavit, σκῆλλα/ fatigare, arguere; σμύρνα mir-
 ram Myrrha; σπένδο fundo, spendera profundere; στά-
 μιν@ urna, στᾶν statutus terminus; σέγω tego, στίγα/ στῆ-
 γη tegumentum, habitaculum; σείχω ordine incedo, στῶ-
 στα/ discurrando ornare; σέλλω apparere, orno, στήλλα instru-
 ere; σέμμα stemma/ σέργω naturæ instinctu diligo, σφοκ-
 ciconia, quippè quæ sanguine proprio pascit pullos suos,
 inde σφοκῆ/ præ amore lachrimulas fundere; σέφω re-
 dimio, στυφ rigidus, elatus; σηρίζω, stabilio, στερσε/ smol. in-
 exorabilis; σῆθ@, pectus, σῆδ incus; σίζω, ξω pungo,
 σίκα idem; σόμα os, q: ab H. Satam claudere, σῆμ mu-
 tus; στορέω καὶ στρονύω sterno, στρό/ στρά/ g. stro cul-
 mus; σπαράσσω, τω discerpo, spratla saliendo rumpe-
 re; σρέφω verto, στρεψῶ niti cum animadversione; σρε-
 βλὸς flexuosus, στρόφιγγ velamen circa manus &
 crura; σῦξ, γ@, stygg/ abominabilis; σῦλ@, columna,
 στυλ/ modus dicendi & scribendi, seu structura orationis,
 σφάλλω prosterno, sualla inundare; σφάζω, τω macio,
 g. schwaßen/ l. suassa pompâ verborum percellere & q: ju-

gulare; σχολή otium q: ab H. *Schalah* quievit, schola.
 ταράττω, τω, turbo q: ab H. *Tera* agitare, & propriè
 de aqua dicitur, tratta infundendo turbare; τείνω tendo,
 teen fufum; τείχω, murus à τείχω ftruo, g. τείχε / f.
 diffe fossa; τέμνω feco q: à R. H. *Dam* succidere, tãmnia
 domare; τρέχω curro q: à *Derach* via, g. τρέχην / f. draga
 trahere, aor. 2. ἐδραμον *drōma* / q: cogitatione in fomno
 difcurrere; τρέφω alo, q: à R. *Tereph* cubus, ταῖς / f. fubfi
 dium, neceffitas; τρίζω ftrideo, τριβή trochlea à fono;
 τυρπάω terebro, τρύπα foramen, dryps ftillare; τυραν
 νός q: ab H. *Turan* princeps, tyrann; ὑσσωπ, H. *Efo* / b
 Ἰφορ / ὕς καὶ οὖς sus, fwin. Φέρω φόρας ferre q: à R. *Parab*
 fructum tulit; φλέω nigor Frif. flauen mentiri; Φόσσα
 follis puf; à χάινω χήεις anferes g. gånse, κάλαζα grana
 do, fladd maffa; χαράττω fculpo, q: ab H. *Charafch* exa
 aravit, τραβή / fratta / fcalpere; χλωρός viridis, g. flâr f.
 flar: χύω vel χέω fundo g. gieffen f. giuta; χιτών q: ab
 H. *Chetonet* tunica, fioritil; ψάλλω cano p. prat, και,
 psalm; ὠθέω trudo, pello, prat. ὠκα οσκα / conjugare, &c.
 Nomina propria funt: Ἀδελφός *Adolph* / Ἀλεξάνδρη
Sander / Ἀσχυλ, *Estil* / Ἀγαθή *Agatha*; βασιλί, *Selua* /
 χρυσοφόρος *Chriftopher*; χρυσοστόμος verfé *Gude*
 mun vel potius *Gulmun* / q: aureum os; Γεώργιος *Zōran*;
 Ἐρασμός *Rasmus* / ἐνρημία *Femia* / Καταρίνη *Karin* / χρι
 στή *Kirftin* / Δωροθέα *Dordin* / Θεοδώρα, καὶ Θεοδωρετός
Thor / Ἐλένη *Elin*: ἰηρονιμός *Germun* / μαρία *Maria* / quæ
 vox est ἑγγραφ, & potius Hebræa *Miriam*, Arab. μι
 ριαμον, σοφία *Sophia* &c.

XLII. III. HEBRÆIS; per easdem figuras gram
 maticas utpote; περίφραση καὶ ἀντίφραση, πρόσθεση
 καὶ παρεργωγήν, ἀφάιρεση καὶ ἀποκοπήν, ἐπένηθηση καὶ

*συνκοπήν, ἀλλοίωσιν καὶ ὑδέρωσιν, σύναιρεσιν καὶ διαίρεσιν, διαθεσιν καὶ μεταθέσιν, συσολήν καὶ ἀρσολήν; Et tropos atq; figuras Rhetorices, præcipue μεταφοράν, μετονομίαν καὶ παρονομασίαν &c. E. G. Abib vox hebræa, significat mensem pubertatis frugum, cui hodie dimidius ferè Martius dimidiusq; Aprilis respondent, de quo Exod. 13. Lev. 2. Deut. 16. agitur, derivatur ab *Eb* vel juxta pronunciationem judaicam *Eiw*, quod virorem notat Job. 8. 12. & fructum, Cant. 6. 10. hinc *emigh* perpetuus, ævus, q. semper virens & fœcundus, *Adam* homo, *Dam* pulvis; *Abal* luxit, g. ubel maïus; in conjug. Hitbp. *Hitbabbek* implicuit se, *beef* pix; *Heebil* desolavit Esa. 3. 26. *hōšvil* dolabra; *Æban* pondus caesi lapidis, *āffmen* præcisē; *Abnet* baltheus Esa. 22. 21. *bānet* cingulum capitis; *Abak* pulvis Nah. 1. 3. *bacfe* monticulus; *Abbir* taurus, robustus Jud. 5. 22. ab *Heebir* remigavit, g. *bijr* / potio ex succo hordei & lupuli operosissima. *Abrek* flecte genu, item pater tener, *wraf* nauci; *Næddar* Niph. illustris fuit, *Riddar* q. *Rabbon næddar*, Dominus illustris Jud. 5. 13. *Adar* mensis medietati Febr. & Mart. respondens, *ader* vel *upl. ader* alter, quia Febr. est alter anni mensis; *Agorah* gr. ἀγορὰ numus, forum, *torg* idem; *Adasch* trituravit, *daska* tundere; *Ahab* vel *akeb* amavit, *hāff* eminens q. dignus amore; *Heber* expurgavit, g. *heben* fax; *OB* vel *OU* i. uter 2. pytho, qui è tumido ventre, q. ex utre respondabat Job. 32. 19, *Wff* / bubo in terræ cavernis mugiens; *Adsar* cinxit ψ: 18. 33. *zira* ornare; *Ajab* vel *aiav* inimicus f. *šāšwa* rixari; *Ud* torris, titio Zach. 3. 2. Hinc *Ed* fumus Job. 36. 27; *udd* mucro more scintillæ pungens; Niph. *Naavah* desideratus est Ps. 132. 13. *nāffwe* pugnis; quia desiderando manus in pugnum contrahi solet; *jvalet**

stultitia & stulta, *âlec* stultus, a. um; *OM* plebs prov. 11: 26, & *yman* familia, proles unius matris, *ôm* tactus impatiens; *Ulam* porticus, fortitudo *ψ*. 73: 4 *Sam* mutilus antiph. *Oon*. 1. dolere, 2. divitiæ dolore & iniquitate partæ, *Esa*, 3: 26. Job. 18: 7. c. 39: 11. prov. 11: 7. *ond* malus nihil enim eo pejus esse, quod mergit in perditionem potest, 1. Tim. 6: 9. *Heitz* in Hiph. properavit, *Esa*. 22: 4. Jer. 17. 16. *hast* festinatio; *Oor* Lucere, *oor* vel *ord* verbum q: lumen cogitationum: Filius Dei namque & verbum & splendor gloriæ patris est Job. 1. 1. 4. 5. 7. 8. 9. Heb. 1: 3. *Averah* stabulum 2. Par. 32: 28. *awra* proventus; *Adfar* cinxit, *cicinus* f. *ψ*. 18: 33. Conf. *Esa*. 5: 27. Job. 12: 18. *zira* ornare; *Achydsa* detentio, à R. *acads* tenuit, *fatifa* piscina q: possessio piscium; *Ajab* vel *aiav* inimicus f. *jâswa* rixari; *Eid* vel *Ed* calamitas, 2. Sam. 22: 19. Job. 18: 12. c. 21: 17. g. *Eidh* / l. *Eedh* / juramentum, quod vitandæ miseriarum causa præstatur; *Ajab* accipiter, alijs cornix, alijs pica, Hieronimo vultur. Job. 28: 7. *faja* graculus q: a *Kajah* vixit; *ij* insula Est. 10: 1. *ôô*; *EL* fortis, *eld* ignis à potentiâ, hinc est quod ignem in *Ur* Chaldæorum pro Deo coluerint; *Esmah* terror Hezr. 3: 3. à R. *ajam* crudelis f. *Em* nidus ingratus; *Ain*, Non; g. *nein* / f. *ney*, *nass* / *Acap* vel *acaf* curvatus est, prov. 16: 26, *fasse* senex, q: ætate curvus; in Niph. *Naelach* foetuit Job: 15: 16. *Glack* mutilis; *Elil* nihilum *Esa*. 31: 7, *stell* / *liskwel* / q: annihilationem antecedentium importans; *Alman* viduus, *Almanah* vidua, nec non desolatus murus, *olmen* communis, q: relictus & nemini certò addictus; *Almyggim*, ligna non facile putrescentia, 1. Reg. 10: 11. *Almogen* populus: unita quipè vis fortius resistit: unde *Scilurus* R. dixit filijs, tradito baulorum fasciculo; *Concordiâ res parvæ crescunt, discordiâ*

cordiã res maxima dilabuntur. *Allon* alnus Esa. 2: 13. Ez. 27: 6. *Uln* ulna, q: facile inde desumpta. *Illeds* molestè urfit, ledse satiatus: *Amah* famula, amna nutrix; *Amal* debilitavit, Nah. 1: 4. *Samal* senio fatigatus; *Anas* oneravit Est. 1: 8. Dan. 4: 6. *ansa* curare; *Anak* ingemuit Ez. 9: 4. *õnfa* condolere; *Apilah* semen serotinum à R. *apal* caliginosus f. ãple pomum; *Epa* sibilus *Apal* ludificari; *Apik* impetuosus Iob. 39: 13. c. 6: 15. 2. Sam. 22: 16. *Piff* hasta, quã quis in hostem facit impetum; *Arwab* vel *arwah* præda ex insidijs facta, *Uff* hæreditas q: multorum insidijs exposita; *Arag* texuit, *Kagg* vellus quod telæ textoris immisceatur; *Orchab* comitatus est, *Aryccha* viaticum, *orka* valere; *Aerads* terra, g. *Erd* unde Arabum *Arada* depressum esse, & *Schamava* exaltatum esse q: à *Schamaim* ibi aquæ, vel cœli; *Iarad* descendit, *Jord* arida; *Æscham* delictum, *Slam* pudor & pœna delicti; *Oth* tempestivum esse, item signum, *otta* tempus antelucanum, quod multis notatur signis, gallicinio, vigiliã, aurorã, quodque diem venturum designet. *Oiah* *Eja* idem; *Besch* foetor à R. *Buash* putruit, & *Beyschim* uvæ immaturæ, labruseæ Esa. 5: 2. *Beest* amarus; *Bar*, *Bahir* Clarus, baro, nitidus, Iob. 37: 21, *Brahe* Generosus; *Bultruncus*, germen Esa. 44: 19. Iob. 39: 15, *Bulle* poculum ligneum; *Boos* Calcere Psal. 44: 6. & 108: 14. & 60: 14. Prov. 27: 7. g. *Bõõß* malus; *Bukah* vacuitas, Nah. 2: 1. *Buut* stomachus ab evacuando; *Bor* vel *Bair* cisterna, puteus suct. *Bijr* potus secundarius; *Bads* præda, a R. *badsads* diripuit, *Byte* rapina; *Bidfar* & *Bisfer* in piel. dispersit, decerpit Iob. 42. 2. *Bisfare* distributor cibi. *Bachal* f. stidivit, *Bõßling* arenga tosta in sole sine sale; *Bachan* probavit, *Bãfna* tumescere, q: per accretionem appro-

bari; *Bachar* elegit, *Karl*/ *kar*/ vir, q: homo selectus; *Batah* effutivit prov. 12: 18. & *Bitte* idem, *Betece*, afficere & q: effundere in aliquem bonum vel malum; *Batach* filius est, *Betacka* fidentèr gratias agere; *Batal* cessavit Eccl 12: 3. *betla* mendicare propter sustentationis cessationem, item *betala* solvere, ut cesset debitum; *Batan* venter, medietas rei, *Bota* fundum; *Bacab* flevit Est. 3: 15. *Ioel*. 1. 18. item dissecuit, *Bösa*/ *böla*, dicitur de mugitu bovis admistrarij, item *basa* pinsere, quod in sudore vultus fiat; *Hiblig* vel *Hivlig* Hiph. confortavit, refocillatus est, *Amos*, 5: 9. *Iob*. 9: 27. *Pl.* 39: 14. *höstigh* civilis, gratus; *Ealam* constrinxit, *Pl.* 32: 9. *Blemna* pustula, ulcus, à constringendo; *Balak*, *billek* dissipavit exposuit, *Esa.* 24: 1. *Bleek* pallidus, q; dissipato sanguine; item *besacka* cavillari & ob: exponere alius nevus; *Bilti* neutrisquam, *Biltigh* nihili factus, relegatus, excommunicatus; *Beir* furens *ψ.* 78: 48, à R. *Baar* arsit, *Birr*/ *birrug*/ citò irascens; *Batsék* intumuit, & conspersio intumescens, 2. *Sam.* 13: 8. *Ier.* 7: 18. *Hof.* 7: 3. 4. *Wätsék* crumena: non enim semper humidus est vel aperto coelo iste saccus exponitur. *Bada* solum esse 1. *Reg.* 12: 33. *Bada* nudum lavari; *Bo* intrare, *Bo* habitare; *Badfab* sprevit *Neh.* 2. 19. & *Batsa* rasit *ψ* 10: 3. *Iob.* 6: 7. *Basa* contemptibiliter ferire; *Bicker* primogenitum constituit, g. *beferen* convertere, q: ex ultimo primum facere; *Billah*, vetustum fecit, *Billa* vel *inbilla* imaginari, q: sibi familiare & antiquum reddere; *Banah* ædificavit *Pl.* 80: 16. g. *bahn machen*/ *sbana* viam instruere; *Ben* filius, *Been* os, erat enim *Eva* q: filia *Adami* ex costa ejus ædificata, & simul uxor; *Ba-ra* creavit, *beria* creatio, *börtia* incipere; *Berom* promptuarium *Ez.* 27: 24. Et *beram* veruntamen, *Dan.* 2: 28. *bera*

ma/per occasionem decernere; *Berosch* Buxus, arborum durissima, 2. Sam. 6: 5. Psal. 105: 17. *Brust* dura caro. *Bakak* evacuavit, vacuus f. Nah. 2: 3. *facta* excernere; *Barak* fulguravit, *Brofa* tonare, frangi. *Besem* aroma g. *Besem* scopæ quibus nonnunquam aromata sparguntur; *Batab* vastitas Esa. 5: 6. c. 7: 19. *Betta/* depasci, vastare, à *Bitter* fecuit, *Beter* defecta pars, Cant. 2: 17. *Better* melior pars. *Buthek* dissecuit Ez. 16: 40. g. *Bisfen* / s. *betta/ bisfen* bolus; *Gab, Gibben, Gibbosus, Gubbe* senex; *Gebul* terminus, à R. *Garval* terminavit, *Gaffvel* fastigium, terminatio domus, *Galasch* splenduit, *gliffa/ glumma/ idem, Garab* furatus est, *graswa* fodere, *Gibbor, Gevir* fortis, *geffer* probatus, *Gadad* excurrit *Gadd* aculeus, *Gadar* seps 2. Sam. 22: 30. *Gerde* sepimentum, *Goach* prorepit Pl. 22: 19. & idem *Giach*, undè Alani, *han Gial* iuit, *God* excurrere, *Godd* pingvis, præ lasciviâ currens, *Gods* avulsus est, Nah. 1: 11. Jud. 6: 37, *God* thesaurus seorsim servatus; *Galad* cutis Job. 16: 15, *Geld* in cute circumcisus; *Gillach* rasus est g. *Gleich* f. *Liff* similis, q: planatus, *Gal* cumulus lapidum Psal. 89: 10. vel aquarum Job. 38: 11. *Gall* effoeta q: obruta sterilitate, *Gil* exultare, *Gill* elatus: *Gilionim* specula; *Gilja*, eligere, amare, q: amicè intueri, *Gallab* tonsor g. *Gelb* flavus, *Galad* cutis, *Geld* castratus, cui cuticula est præcisa, *Gava* expiravit Job. 3: 11. Zach. 13: 8. *Gâfwa* testamentum *נאד' è Fox*. *Gillach* Rasit, rasus est, Esa. 7: 20. g. *Glied* successus, is n. repudiare solet cæsariem; *Galans* convolvit, *glamma* miscere sermones, *Gamal*, tribuit, maturuit, Esa. 18: 5. *Gamal* senex, *Ganab* furatus est, *gnaswa* gnag, rodere, *Gaal* nauseavit, *Gala* cum fastidio vociferari, ut solent famelici galli, *Gap* summitas rei, Prov. 9: 3. *Gnap* junctura, janua, *Garab* scabies g. *Gerberf. Garfire*, qui

præparat cutes, hinc s. *storff*, *Garam* os comminuit, Ezech. 23:34 *Grym* tyrannus; *Garas* excussus est Psal. 119:20, vel *Garas* excussum, g. *Grassi* s. *gräs*/ protrusa herba; *Garap* convolvit, Jud. 5: 21. *Groop* antrum. *Magrapa* gleba, Jud. 5: 21. Esa. 58: 4. Joel 1: 17, *graff* sepulchrum; *Daab* vel *davah* contabuit, langvit Pf. 82:10: *Dobæ* tepor, & *Davæh* langvor, *dööff* surdus, *duffwin* langvidus, q: spiritu carens; *Daag* sollicitus f. Esa. 57: 11. *dagg*/ ros sollicitè expectatus; *Dibbah* fumus, prov. 25. 10. à R. *Dabah* fumavit, *dimp* *ba* vapor, nebula; *Dabak* adhæsiō, *döffwicka*/ operculum in tonnis; *Daddim* mammæ, *dadden* idem, vox lactentium; *Dots* exsilire, *stusa* superbire; *Don* judicare g. *dhon*/ *thun* facere; *Dor* durare g. *tauren*/ s. dura continuari; *Dosch* triturare, *dasta* percutere; *Dalag* salijt, *Falg* sebum à lubricitate; *Dalach* conculcando turbavit, Ezech. 32: 2. *dals* convolutio; *Dalap* stillavit, Psal. 119: 28. Job. 16: 20. *dälsa* cadere; *Darak* calcavit, *darsa* pedetentim incedere; *Darasch* scrutatus est, g. *dreschen*/ s. *trössa* triturare q: grana inquirere. *Habal* evanuit, *höffwel* dolabra, q: evanescere faciens scobes; *Hadar* honoravit, *hedra* & *heder* *heder* honor; *Halak* ambulavit, *halka* difficile iter ob glaciem; *Hebel* gloriosus f. Job. 29: 3, c. 41: 9. *heel* totus; *Halam* contusus est, Jud. 5:22. *halm* culmus. *Daj* sufficiens, & *Rodsen* Psal. 2:2. princeps, *Drotte* *Drogen* q: *dairosen* sufficiens dominator seu Rex, *Drotning* Regina; *Hamas* liquor, *hamsa* non probè prehendere; *Hennah* huc hinc; *Hinnom* Jos. 15: 8. *hin* häre; ut antea; *Hissah* siluit, *hisa* tacendo instigare, & q: clam machinari per alium, *Haras* diruit, irrupit, Jud. 6: 25, 1. Reg. 18: 29. *hors* equa, ab imprudentiâ; *Hetel* illudit, ludificavit Ier. 9: 5. *hucla* fraudare; *Valad* filius, *wald* electus; *lyllad* in pyh. natus est, *Zuul* Festum nat.

nat. Christi; *Dsebab*, Musca, *Bubben/ Belsebab*/ diabolus; *Dsebad* dos, g. bedd lectus; *Dsag* cortex, tagg aculeus; *dsab* ille, illud, g. *dasi/dat/ s. dhet*; *dsod* intumescere, zudd rusticè superbus; *Dsol* prodigere, g. *zoll/ s. toll* tributum; *Dsam* edulium, g. *zah/ s. tand/ dens*; *dsor* liquorem expressit, & *Madfor* naulea, suur foetidus; *dsacar* masculus, *Katl vir*, *dsamar*, dsimmer præcidit, timber trunci; *Dsinnek* desiliit, *snack* sermo, q: flumen orationis; *Dsarath* spitama, *darr* pugio, quippè mensuræ palmi majoris; *Chabal* dissolvit, *kassa* truncare; *Chaber* socius, incantator *q. 119: 63. Esa. 47: 9.* *kobla* fascinare; *Chiddah* exhilaravit, *fißla* molli tactu risum movere; *Chog* circinare, *fogga* instr. quo rota volvitur in molâ; *Chijl* dolorem inferre, *fißla* macerare; *Chusch* festinus, *Ruß* auriga; *Chadsak* robustus, *fatigh* validus; *Chajah* vixit, *kasa* graculus longævæ cornici similis; *Chesch* palatum, & *Chek* sinus, gremium, *fâte* inferior mandibula; *Chin* gratia, *fin* gena q: amabilior corporis pars; *Chelab* ex lacte coagulatus, g. *kalb/ s. kalff* vitulus; *Hachalah* ægritudine affecit, *heßla* evellere; *Chalca* inops, *felfa* pauperum rheda; *Chalak* distribuit, *kalk* calix; *Chalascb* debilis fuit, *faleß* currus imbecillior; *Cham* calidus, g. *famin/ caminus*; *Chanat* protrusit grossos, *Knot/* animalcula in arbutis; *Chanich* initiatus, *kanif* canonicus; *Chaneph* malitiâ contaminatus, hypocrisi usus est, *Knes/ wel/* malus genius; *Chanak* strangulavit, *knecka* frangere; *Chasid* pius, sanctus, *keesd* electus; *Chikker* perscrutatus est, *fißere* perspicillum; *Chakak* impressit, *kacka* Hels. pultare, *Charab* siccitas, *forß* farcimen; *Charag* horruit, constrictus est, *farg* parcus; *Charitim* Chartulæ, *fort* idem; *Charaph* probris affecit, *forp* Corvus; *Charats* & *carath* excidit, *kratta/ kraqa* harrire; *Chittul* fascia, involucreum, g. *fittel*

rude linteum, *Tabbach* coquus, *Zobbat* herba illa fumosa, *Tabal* intinxit, *tâfla* certare, *Toach* obducere, *Zoof* fatuus, *Tena Tina*, *Tina* idem, *Teriah*, humidus a, um, *Trias* fisse *Teriacha*, *Taraph* carpsit, *Trippa* minutim currere, *Taraph* esca, *Drass* idem; *laab* desideravit, *sâfwa* ambigere & q: certitudinem indagare, *Hoil* voluit, *willa* idem, *laaths* consuluit, *sâtta*/conijcere, *polliceri*, *laat* operuit, *Zâtte*/gigas, q: magnitudine obumbrans, *laga* laborando defatigatus est, *jaga* venari, *lab* Deus, *Ja* verè, *Ieschuah* Salvator, *Jesus* idem, *lain* vinum, *wijn* idem, *Holich* progredi fecit, *smol. holika*, *houliga*/admodum, *Ianak* luxit, *jenka* æquare, *Beli jaal* sine commodo, *Belial* malus spiritus, *Iakkir* pretiosus, *fecker* præstans, *jare* timuit, è cuius q: conjug. *hoph. hare* lepus, animal timidiss. *jarat* dilapsus est, *hiort* cervus q: velocitè currens, *Iarak* sput, *râfe* vapor ascendens in fauces, *Cabel* compes, copula, *kabbel* maximus funis in navi, *Coos* Calix, *foosa* idem, *Cuur* fornax, *fuur*/smol. *vngtfuur* os fornacis, *Cachal* coloravit, *safla* colorare vocem instar quarundam avium, *Chis* cista, *lissa* idem, *Niclâm* ignominiâ affectus est, *flom* est imprecatio oelandorum; *Cammon* Cuminum, *fumin* idem, *Kesui* pulvinar, g. *fusen* idem, *Cippyrim* occultationes, *sappor* pallia, q: velamina; *Chirbel* amicitavit, *firffwel* herba citò terram vestiens, *Charah* excidit, & *Chara* curvatus est, *saar* vas, *Carcob* circuitus, pom. *forthoff* ambitus templi, *Carpas* carbasus, linum, *karbas* flagellum ex loro vel lino, *Laat* latuit, & *Lat* Ciam, *laath* piger, *Labi* Leo, *Ëtson* idem, *Liviathan* malus genius, *lewiatan* idem, *Luach* tabula, *lusa* operculum, *Lul* cochlea, *lulla* cantico ad dormiendum q: trahere, *Lits* svaviter locutus est, *liff* astutia, *Maas* reprobavit, *Maas* parcus,

Madd mensura, & *Maat* modicus f. mätt modus; *Mogli*
 quefacere, *miugg* Clam; *Môch* macescere, *mekna* idem;
Mul præcisio, *mufl* pulvis; *Metil* metallum, *metall* idem;
Mik mucescere, *miuf* mollis. *Nimcar* venditus est, *marf*
ne nundinæ; *Male* implevit, *Malab* impletus est, *malâ*
molere & q: tonnam implere; *Malach* sal, *miôff* lac: vac-
 cæ enim vescuntur *Mallwach* malvâ, seu falsâ herba, *Nim*
lats svavis & mellitus fuit, g. *malz* f. malt edulcatum hor-
 deum; *Manab* numeravit, *Meni* numerus, *mena/* mening
 cogitare, cogitatio, q: calculus mentis; *Mana* removit,
mana urgere; *Mischesch* contrectavit, *Mesch* mixtio, *mâff*
 mixtura ex succi frumenti; *Masas* liquatus est, *maasugn* fornax
 liquefactorius; *Maal* transgressus est, *maal* tineâ, q: rodendo
 progrediens; *Matsa* maza, panis inferm. maat cibus; *Mara*
 crass f. & *Marab* amarus f. *mara* incubo seu crassus sanguis;
Marad rebellavit, *mord* cædes, *môrda* occidere; *Marat* depila-
 vit, *môrt* læve genus piscis; *Marak* evacuavit, *môrf* luce va-
 cuus & tenebricosus; *Meschiach* chald unctus, *Mesias* Chri-
 stus, *Maschal* dominatus est, *Marfalf* Dux campi *Mesucab* ra-
 mus infl. *myffa*; *Naga* & *Niggea*, vehementer tetigit, *hogga* is
 dem; *Nagasch* accessit *nalfas* appropinquare; *Nadad* amotus
 est, & *Niddab* expulit *nôdd* coactus; *Noach* quiescere, *Nocf*
 sufficit; *Nachat* demissus est, *nafor* nudus; *Hittab* advertit,
hitta invenire; *Mattab* extensio, *matta* culcitra; *Natasch*,
Nittasch protensus est, deseruit, *nissf* parcus; *Niccab* per-
 cussit, *hicsa* singultire q: feriri à pulmone; *Naamanim* a-
 moenitates, *naminami* delicata esca pro parvulis; *Naar* ru-
 dit instar asini, *narr* ardelio; *Natsats* effloruit, g. *Naz* hu-
 midus; *Naschach* momordit, *Neschach* morsus, usura, *na-*
ffer foenerator, sordidus; *Nathasch* extirpavit, *nitissf* zelo-
 tes, q: o. impietatem eradicans; *Sibbel* perterrefecit, o.

neravit, **Sabbel** ensis falcatus, *Sedar*, *Sederah* ordo, *feder* mos, *Soph* finire, deficere, consumi, *forsoffa* potu dolore aliove affectu obruere, *Sachar* mercatus est, *saker* debitor, reus, *Sacan* penuriâ laboravit, *smol*, *sofen* famelicus; *Samach* fulcivit, *smaaf* gustus & sapor, *Rabbon naddar* Dominus ordinatus, *Riddar* eques auratus, *Arag* appetivit, *arg* impius, quia radix peccati est appetitus seu concupiscentia; *Arach* paræstimatus f. orsa valere, *Arlah* præputium, *Ura* manè, q: die præputiato & primo diluculo, vel quod circumcisio manè, id est, primâ infantia fiebat; *Arom* Nudus, *Arm* miser; *Arisah* oryza *Ris* lentis genus, *Araph* stillavit, *Arff* hæreditas, *Palach* dissecuit, *plâca* partim sumere, carpere, *Pillet* parere, eniti fecit, *Pilt* puer, *Pinnah* pinnaculam, *Pinne* / *Penne* idem, *Pasach* transiit, *Pâsta* festum resur. Christi: rationem derivationis vide sis Exod. 12: 27. Græcè etiam dicitur *πασχα* transitus, *Parad* separavit, partitus est, *Pard*, *pardalus* q: versicolor, *Parad* mulus, g. *perde* / *pferde* equus, *Pardes* paradizus, *Paradiss* idem, græcè etiam *παράδεισος* pomarium, : componitur enim ex *Parah* fructum fecit, & *Haras* myrtus, *Paras* divisit, part pars, *Parak* erupit, *part* locus intra carcerem in ludo, undè quis non faciliè erumpit & metam attingit; *Fischeack* discerpit, *pissa* flagellum quo cutis discerpitur; *Pasa* gressus est, Gal. *Pagie* / *s. pase* / puer cursorius. *Tsebaoth* exercitus, *Zebaoth* idem, *Tsiddah* latus, *Sida* idem, *Tsom* jejunare, *Tom* vacuus, *Tsachar*, candor, nitor, *Sucler* saccarum q: nitidum; *Tsalal* obumbratus est, *Daal* vallis q: umbrosa, *Tsamad* jugum, *Soma* par, *Tsadd* progressus est, *Tedd* exhibitus, *Tsach* peregrinatus est, g. *Zagen* desperare, ut peregrè degentes

haud

haud raro solent, & q: extra se vagari; *Tippor* passer, *sparr* idem; *Hisriach* exclamavit, *stricka* idem; *Tsaraph* conflavit, *serpa* liquor conflatus; *Kybbah* Lupunar, *kyffe* tugurium, domus suspecta; *Kot* fastidire, g. *soth* simus; *Kom* surgere, g. *fomen* s. *omma* venire; *Katar* suffivit, *katarr* Catarrhus; *Karab* congressus est, *korff* farcimen; *Karam* obduxit, *karm* obductio; *Karan* radiavit, *forh/ferne/* granum, medulla, q: splendida materia; *Karas* curvus s. *fers* Crux. *Raam* altus s. *rum* amplus; *Ragal* pedibus detulit, *ragla* vacillare; *Radah* dominatus est, *râda* idem; *Riddah* pih, dominium tradidit, *rida* equitare, q: imperiosè progredi; *Ravah* rigatus est, *rosswa* rapa, ab humiditate; *Rots* currere, *rott* glis; *Rib* ligitare, *riffwa* lacerare; *Riach* oderari, g. *Niechen* idem; *Rama* jaculatus est, *tama* prehendere, q: prædam capere; *Ramas*, replit, *ramsa* sermo inordinatus; *Raeb* esurivit, g. *raab* famelicus corvus; *Raad* tremuit, *râda* terrere; *Raats* dirupit, & *Ratsa* cucurrit, *rasa* discursare, furere; *Raasch* commotus est, *rast* agilis; *Raka* expandit, *rasa* radere & q: extendendo colligere; *Schabath* quievit, *Schabbath* quies, *Sabbath* feriæ; *Schaal* postulavit, *stalla* latrare, *vers* bis impetere; *Schaaph* deglutivit, g. *schaff* ovis, q: rapaci lupo exposita; *Schaar* superfuit, *stare* turba; *Schebat* virga, baculus, *stasse* manubrium; *Schobal* semita, g. *stuffel* s. *stoswel* ligo quâ via paratur; *Schadad* vastavit, *stada* vastare, lædere; *Schob* avertere se, *stiffwa* idem; *Schavah* æquus fuit, *stasswa* æquare, terere; *Schot* circumire, *stuta* jaculari; *Schetb* podex s. æqv. meton; *Schac* incurvus, *staa*l jugum incurvatum; *Schechok* lusus, *stiel*

modus; *Satan* adversatus est, *Satan* *Satanas*; *Siach* meditari, mullitare, *Sist* mutus piscis; *Schilo*, secundina eius, vel mittendus, *Siloh*, venturus *Messias*, Gen. 49: 10, *Schalach* milit, *Skal* dissolutus; *Schalat* dominatus est, *Scholatim* scuta, g. *Schilt* / f. *Skold* / idem; *Schalaph* strinxit, g. *Schlaffen* stringere sensus, dormire; *Schamat* intermitit, *Skempt* facetiæ; *Schamam* desolatus est, *Skam* probrum; *Schemasch* sol, semel pellis splendida; *Schana* mutatus est, *Skona* parcere, q: animum à vindictâ retrahere; *Schinnen* accinxit, *Skanz* propugnaculum; *Schaphal* humilis f. depressus, g. *Schefel* / f. *Skappa* modius q: quassatus; *Schapha* affluentia, *Skassa* acquirere; *Schaphar* pulcher f. g. *Schefer* opilio, cujus olim munus pulcherrimum erat, quippè patriarchis familiare; *Schakal* sielus, *Sifel* idem; *Schaka* profundus factus est, *Skala* quater; *Sak*, græcè σάκος, g. *Sack* / f. *Säck* / l. *Saccus*; *Schakar* dolose dixit vel egit, g. *Schachern* / f. *Skatra* vendere: vox est avaris *Judæis* frequentissima; *Schara* solvit, *Skara* solum corradere; *Scharats* prorepit, g. *Scherz* jocus, sermo obrepitius; *Scharak* sibilavit, *Skiska* vociferari; *Scharar* contorsit, g. *Scharren* leviter defodere; *Sir* ferrare, *Serla* serò, circa occasum *Sol* enim *Horizonta* per medium secat, *Taabah* desiderium, g. *Taube* / f. *Dufwa* columba, quæ desiderio comparis vehementer afficitur; *Tevah* obstupuit, *Töfwa* expectare, q: sperando hæsitare; *Toch* dolus g. *Tüche* fraus f. *Toof* ardelio, q: fucum faciens; *Tamid* jugis, æternus, *tand* subjugatus, q: continuâ consuetudine domitus; *Taphaph* tympanum pulsavit, *Tappa* promere, q: tonnam pulsare; *Taka* fixit manu, *Smol*. *Tala* manu apprehendere. &c. Prostant quoque nonnulla, præter *עַי* *יְרָא* *פֶּא*

illa, in S. Biblijs contenta, nomina propria ἄγραφα, à vo-
cibus Hebræis deducta, utpote: *Heerik* prolongavit, *E-*
rif q: longævus, *Harel* mons Dei, *Haral*; *Betula* virgo,
Botilla / *Ene*, valad oculatus puer, *Enewald* &c.

XLIII. Finnicae lingvæ originem quod concernit,
videtur ea maximam esse partem ex Græcis & Hebræis
generata vocabulis, E. G. *Αἰών* ævum, *Αἰνία* semper;
ἄγγαρεύω cogo, *ἄνγος* furiosus, q: phrænesh raptus;
κέρμα segmentum, *κέρμα* vehes; *λείχω* lingo, *κίφα* scin-
dere; *μακρός* longus, *μακρόν* farcimen à fig, obl. *πιά-*
ζω, *πιέζω*, prehendo, premo, *πικρά* strangulare; *ποι-*
μήν pastor, *παιμένη* idem; *χαλάω* demergo, *Εἰλα* pi-
tcis; *χέιλ* labium, *κίλη* lingua; *χοῖρος* porcus, *σὺς*,
σκίτα canis, utrumq; enim in insectivis conjungi solet, *Ἀμο-*
βρόσι Prusii nomen viri; *αἰγέσιππος* Sippi, *βα-*
σιλι Rus. *Βασίλις* &c. Hebrææ originis hæ sunt:
Avah voluit, *ἀνὶ ὀφθῆ* q: ad nutum patens; *Ὀϊ* *Wæwoi* part,
intendendi; *Ὀδο* causæ, *ἀδοττα* expectare & q: causas ri-
mari; *Em* mater, *Ἰανί* anus; *Αἴα*, *αἴη*, ceruus, dux, *Εἰαυθ*
fortitudo, *ἰαλο* præstans; *Ἀχεν* verè, profectò, *νινίση* ita
propemodum; *Ἡολέ* vesanus, *Ἡυλλυ* insanus; *Ἡαδῆ*
vidit, *Ἡαβο* idem; *Ἡαταβ* cæcidit ligna, *κατω* junipe-
rus; *Ἡαλαφ* penetravit, *Ἡελα* juvare q: opem insinua-
re; *Ἡαμα* clemens f. *καμά* mirabilis: clementia e-
nim Dei quòd milliès superet justitiam mirari subit; *Ἡα-*
μα lutosus f. *καμά* pellis suilla, q: semper lutosa;
Ἡαμασέβ falx messoria, *Ἡεμεσ* serpens, à simili figurâ;
Ἡεραβ probum, cui non dissimiliter enunciatur mem-
brum virile; *Ἡαλαχ* ivit, *Ἡαλα* pes; *Ἡαπεαχ* efflavit,

locutus est, & *poach* flare, *poſo blâſa/ puſu tala*; *Immanuel* ἀναργαματιδῆς *Jumalen*: *Jumala* enim, quod Deum ſignificat, potius inde deducitur, quam à *Julma*/ quod terribilem notat; hæc namquæ vox, quippè Finnica, potius oritur à priore. Cæterùm, admodum verifiſimile eſt vocem *Jumala* derivari à *Iom* dies, & *Mala* plenus ſ. q: plenus dierum & annorum, ut ſignificet idem quod infinitus & æternus: plebs quippe Finnica, literam O libentèr ut U enunciat. Hæc Etymologia ſcripturis valdè conſentanea eſt: appellatur enim Deus pater, *antiquus dierum* Dan. 7: 13, 22. Deus Filius, Egreſſus à diebus æternitatis, Mich. 5: 2. cujus anni nunquam terminantur Heb. 2: 12. *Iom* utiquè in plurali denotat annos: Deus Sp. S. ab utroq; æternùm procedit, & eſt ſpiritus veritatis æternæ, Joh. 15: 26. Plal. 33, 6 & 119: 90. *Canas* collegit, *Canſa* cum; *Car* Camelus, agnus, aries, *Caria* ſ. *boſ ſkap*, pecudèr; *Laiſch* Leo decrepituſ, *Laiſſa* piger; *Nafchal* ſolvit, *Nafcala* ſubula; *Sws* 1. Equus 2. Grus, 3. Anſer ſylveſtris, variorumquæ aliorum animalium nomen, *Suſi* Lupuſ; *Silla* ſtravit, *Silla* ponſ; *Sallach* condonavit, ſalli permittere; *Tlpa* obtectuſ ore, *ylpia* ſuperbuſ; *Purah* in quod uvæ confringendæ mittuntur, *Purâ* pulſ; *Pimab* omentum, pingvedo, *Pimâ* pingvedo lactiſ; *Piſſah* particula, piſſar guttula; *perefch* fimuſ æquiv. met. podex. *Tſara* leproſuſ ſ. ſaitaſ ægrotuſ; *Kadach* accendit, ſerbuit, *Kâdas* culina; *Kadim* ante pridem, *foſdaſt* è regione; *Kool* ſonuſ, ſuula audire; *Raah* vidit, providit, pavit, *Raha* pecunia, quâ ſibi quiſ providet de victu & amictu; *Roach* ſpirare, *Roſa* cibiſ, quo ſpirituſ ſive vita ſuſtentatur; *Rippah* debilitavit, *Râpi* aſluſ mentum caducum. &c. Tantum de L. L. vernaculiſ; Exercit,

Exercitatio Quinta

De

LINGVA LATINA.

Propositio I.

Cum omnia, quæ disputari de modo possunt in specie observando circa Philosophiæ usum in Theologiâ, unius *ἀκαδημασίου* claustris comprehendere, esset inconueniens; ideo famam tituli superioris exercitationis potuisse facile seruari sperabam, si prima saltem eò pertinentia, qualia fuerunt quæ hæcenus de LL. vernaculis dicta sunt, cum dicendorum indice, nominatæ inscriptioni subijcerem; & reliqua tractarem seorsim.

II. Deus universi hujus conditor & opifex, singulis rebus creatis peculiare quippiam impressit, quo à se invicem dignoscantur: Pardo præter formam internam peculiare dedit maculas, oculis percipiendas, Equo hinnitus, rugitum Leoni, Cuculo *κοκκυσ μὸν* &c. Hominem verò creaturarum principem excellentissimo notavit discerniculo τῷ λόγῳ.

III. ὁ λόγος dividitur εἰς τὸν ἔσω καὶ τὸν ἔξω. Ille ἐνδιήθητος, h. e. internus est, & Ratio dicitur; hic *προφορικὸς*, h. e. externus est, & appellatur *Oratio*, quæ per metonymiam efficientis *Lingva* dici consuevit. Lingvæ verò sunt vel primariæ vel secundariæ; illæ sunt *Hebraea*, seu ipsa origo propriè dicta, cum suis cognatis, nec non *Græca* & *Latina*; hæc enim universales sunt & toto orbe notæ. Sic enim Isidorus Hispalensis

l. 9. orig. c. l. ait: *tres sunt lingua sacra: Hebræa, Græca, Latina* quæ toto orbe maximè excellent. Quapropter venerandum elogium Cruci Servatoris nostri inscriptum, hisce totidem lingvis constabat, quod tamen adumbravit ex omnium gentium nationibus accersendos fore aliquos ad Christi Regnum, Ecclesiam; tamen significavit quoq; harum trium lingvarum intelligentiâ totum mundum aliquando iri informatum, earumq; dignitatem & studium retineri in ecclesiâ semper oportere. Quemadmodum neq; ulla est benè constituta Academia, quæ publica earum professione caret; præcipua enim cum sacræ tum prophanæ historiæ monumenta his lingvis credata sunt: ideoq; meritò cardinales, licet jure impari, dici merentur, reliquæ verò dependentes & ortæ simpliciter.

IV. In hac dissertatione de lingvâ saltèm Latinâ, cum Deo, disputaturus hanc methodum persequar, ut agam de ejusdem I. Origine. II. Puritate ac proprietate. III. Ulu & præstantiâ. Et IV. demum de Ratione eam discendi, docendiq;.

V. I. Origo est *æ. Nominis: quocirca vox Latina è Latino* derivatur: *Latium* autem est una sedecim regionum Italiæ, atq; ob inædificatam sibi *Romam*, totius prope modum orbis olim caput, facile præcipua. Hujus vicissim notationem Poetæ ex eo fingunt, quod ibi latuerit Saturnus dum *jovem* fugeret, Ovid. L. 1. Fast. Virg. L. 2. *Æneid.* verius *Varroni* alijsq; à *Latino*, Rege Aboriginum, deducitur: isti enim Italiæ populi, qui inter ostia Tiberis & *Circejos* habitant, ante *Æneæ* adventum, *Aborigines* dicti sunt, postea verò *Trojanis* permisti, uno nomine *Latini* appellati. Hanc rem *Livius* hist. ab urbe

urbe conditâ lib. i. sic declarat: *Alij pralio victum Latinum pacem cum Æneâ, deinde affinitatem junxisse tradunt: alij cum instructa acies constitissent, priusquam signa canerent, processisse Latinum inter primores, ducemq; advenarum evocasse ad colloquium; percunctatum deinde; qui mortales essent, unde aut quo casu profecti domo, quidve quarentes in agrum Laurentem exissent? postquam audierit, multitudinem Trojanos esse; ducem Æneam, filium Anchisæ & Veneris; crematâ patriâ & domo profugos, sedem condendâq; urbi locum querere, & nobilitatem admiratum gentis viriq;, & animum vel bello, vel paci paratum, dextera datâ fidem future amicitia sanxisse. Inde fœdus ictum inter Duces, inter exercitus salutationem factam. Æneam apud Latinum fuisse in hospitio, ibi Latinum apud penates Deos domesticum publico adjunxisse fœdus, filiâ Æneæ in matrimonium datâ. Deinde refert quemadmodum Turnus Rex Rutulorum, cui pacta Lavinia filia Latini ante adventum Æneæ fuerat, prælatum sibi advenam ægrè patiens, simul utriq; bellum intulerit, ideoq; post pauca inquit: Æneas adversus tanti belli terrorem, ut animos Aboriginum sibi conciliaret, ne sub eodem jure solùm, sed etiam nomine omnes essent; Latinos utramq; gentem appellavit.*

VI. Hinc brevi lingua Aboriginum dicta est latina, ut rursus satis è Livij. l. i. constat, ubi postquam de defectione Fidenatum egisset, quarum urbs Fidenæ pl. Latinorum mediterranea, Straboni cluebat, de Tulli Hostilij adversus eos expeditione his verbis post alia loquitur: *Terror ad hostes transit, & audiverant clarâ voce dictum: & magna pars Fidenatum, ut qui Coloni additi Romanis essent, Latinè sciebant. Et sicut Aborigines sunt populi*

antiquissimi, qui primi tenuerunt agrum in quo postea est condita Roma; sic dicti, vel quod primi visi sint tanquam sine patribus & origine editi; vel quod ex variâ gentium colluvione coacti erant; ita lingua quorundem, postmodum, ut dixi, *Latina* nuncupata, vetustissima erit. *Fundata a. est urbs à Romulo olympiadis VI. A. 3. post Troja excidium A. 394. juxta Eutropium.*

VII. *β. Rei.* Latinam linguam, quamvis ea Italica, Hispanica, Gallica, Britannica, aliarumq; respectu, Originalis dici queat: quippè immane quantum his nobilior & perfectior; ex Græco & Hebræo fonte derivatam esse, nequicquam id *Goropio* & *Pfochenio* negantibus, cum gravissimorum scriptorum autoritate constat, tum opere & exemplis.

VIII. *α.* Quod authores attinet, prostant huic sententiæ suffragantia testimonia partim antiquorum, partim recentiorum. Illi sunt seqq. Et quidem pro Græco fonte pugnant hi: *Quintilianus* l. i. inst. ait: *Sive illa ex Græcis tractemus, quæ sunt plurima, præcipuè Æolicâ ratione, cui est sermo noster similimus.* *Plinius* l. 7. c. 58. differit: *Veteres Græcas literas fuisse easdem penè quæ nunc sunt latina, indicio est Delphica tabula antiqui æris, quæ est hodie in Palatio, dono principum Minervæ dicata in Bibliothecâ, cum inscriptione tali: ΝΑΥΟΙΧΕΡΑΥΤΗΣ ΤΙΣ ΑΜΕΝΒ ΑΪΘΥΡΑΙ @, κὀρα καὶ ἀΪθνα ἀνέΪθκην.* Id ipsum confirmat *Josephus Scaliger* in *Festum*, antiquissimum Latinitatis authorem: *Verum est quod ait in fine, eandem penè cum veteri Græcâ veterem latinam linguam fuisse: nam & eadem penè veterum Latinorum cum jonum literis fuisse testatur Plinius Lib. 7. quin & linguam Romanam Græcam fuisse author est Varro & Dionysius.* Hæc ille. *Dionysius* verò

Halicarnasseus ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας lib. 1. inquit : ῥωμαῖοι δὲ Φοῖν μὲν ἔτ' ἀκραν βάρβαρον, ἔδ' ἀπη-
 τισμένως ἐλάδ' α φθέγγονται, μικτὴν δὲ τῖνα ἐξ ἁμ-
 φοῖν, ἧς ἔστιν ἡ πλείων αἰολίς, τῦτο μόνον ἀπολάουσεν-
 τες ἐκ τῶν πόλων ἐπιμίξων, τὸ μὴ πᾶσι τοῖς φθόγ-
 γοῖς ὀρθοεπεῖν : Hoc est : Romani linguam neq̄ extremè
 barbaram, neq̄ exactè Græcam loquuntur, sed mixtam quan-
 dam ex utraq̄ : eaq̄ maximam partem Æolica est; hoc tan-
 tum vitij habentes ex multa mixtione, quòd non omnibus
 sonis rectè pronunciant. Huic antiquissimo aùthori testi-
 monium perhibet Hieron. Megiserus in Frontisp. thesaur.
 polyglotti his verbis : Latina lingua in antiquitatis certa-
 mine Græca postponenda est : propterea quòd Latini à Græcis
 complures voces mutuuntur. Quoad verò originem gentis,
 etiam Græci priores sunt : ex Aboriginibus enim orti sunt la-
 tini ; quòd testatur Dionysius Halicarnasseus. Anno à
 mundo condito 2321. Aborigines ex Peloponneso profugi si-
 xerunt sedes in Italià; quibus se postmodum adjunxerunt et-
 iam alij populi : è Thessalia Pelasgi, ex Arcadià comites E-
 vandri, è Peloponneso Pheneates & Epij. Vel ex eo aestimetur
 antiquitas Aboriginum : cum anno à Mundi conditu 2112. jam
 culta sit peloponnesus, & in eà regnum extiterit, ductu & con-
 silijs Inachis, quòd Argivum fuit appellatum ab Argis, Euse-
 bius. Quinam verò Aborigines & unde ? Sanè Gens
 Græca, & ex Oenotrijs itidem Græcis &c. Oenotrij descen-
 runt ab οἰνοτριώ : quem à vino ita nominarunt: sicut & Ja-
 num ab Heb. Jain. ut ita origo istarum gentium non iniquè
 vel ad ipsum Noach deduci possit. &c. Idem testatur Gol-
 tzius; nec non Peucerus de divin. Extisp. his verbis : à
 Græcis propagata traditur gens Latina : horum enim colonijs

primò impletam esse scribunt terram, quam à situ Hesperiam vocarunt. Vetusissimi in hac gente celebrantur Oenotrij arti ex Arcadibus & Pelasgis; & Tyrrheni Ionum coloni. Ab Oenotrijs descenderunt Aborigines pervetusti Italiæ cultores. Sed & Dionysius Halicarnassæus affirmat, ipsos incolas & conditores urbis Romæ fuisse Græcos: adeoq; certum, Servij Tullij li. literis græcis ad suam usq; memoriam exaratas fuisse.

IX. Accedunt hos Antiqui Poetæ: Virg. l. i. Æneid. dicitur inquit:

*Est locus Hesperiam Græj cognomine dicunt:
Oenotrij coluere viri. nunc fama minores
Italiam dixisse - - - Ovidius. 4. Fast.*

*Nec tibi sit mirum, Græco rem nomine dici:
Itala nam tellus Græcia major erat.*

Quo elegiaco expressè innuit Italiæ quandam regionem fuisse appellatam Magnam Græciam: habet enim sibi ad stipulantem ipsum Ciceronem, qui l. 2. de orat. idem statuit: Referta quondam, ait, Italia pythagoreorum fuit, tum cum erat in hac gente Magna illa Græcia. Porro juvenalis in Satyrâ de Romanis:

*- - - - - Omnia Græcè:
- - - Concumbunt deniq; Græcè.*

X. E recentioribus, qui opinionem eandem stabilunt, authoribus, pauci sufficient: Iulius Cesar Scaliger, natus in miraculum & gloriam sui ævi 110. libros de originibus composuit, ut & 13 de causis Latinæ lingvæ; illi non sine politioris literaturæ dispendio perierunt.
teste

teste Becm. de propriâ signif. vocum : hi magno cum fructu & delectatione ab humanæ sapientiæ candidatis leguntur, græcosq; ad fontes lectorem deducunt. Huius filius, *Iosephus justus Scaliger*, in eodem originationis oceano versatur, ut è Conjectaneis ejus in Varronis libros de Lingvâ Lat. videre est, alijsquè. Utrumque sibi in hæc navigatione amplissimâ, loco siderum fuisse alterum Helicis, Cynosuræ alterum fatetur *Christianus Becmanus Bornensis* de originibus Latinæ Lingvæ, qui eam non ex puteo Græco solum, ut omnes quos nunc recensui; sed & ipsa scaturigine hebræa derivat. Idemque præstant & alij, indequè præsidium memoriæ paratum putant, utpote, *Ioh. Arenarius* in Antilog. Lexic. Heb. *Pasor* licet parcè in Lex. Gr. N. Test. J. H. *Alstedius*. Imò *Megalander Lutherus* noster edidit opusculum, quo nomina propria Germanorum in nativis fontibus declarat, præfatus eidem hæc *βραχυλογία*: *Exemplum dedi vobis, ut plura & meliora faciatis.* *Becmanus* tironum causâ p. 21. de propr. signif. voc. apponit quædam παραδείγματα eorum quæ, suo iudicio, simul ac semel ediscuntur multò citiùs quam seorsim, utpote ejusdem significatus I Latina & Hebræa: Grumus, gerem: piger pigger: passus pasach; Manna man; Grus agur: Mors mor; altus al; durare dor; domare dom: II. Græca & Hebræa: καλέω Kol: πάλαιος balab; ἀμαρτία marad: αγειρω agar: ἀράσσω karus: βάω Bo: χαράττω charat: μαθέω lamad: III. Germanica & hebræa: Rauch / roch Roach: Riechen Riach: zinne zinnab: Mensch enosch: Begeren biccer? Heß chech: IV. Latina & Germanica; sugere saugen: solidum sold: Claustrum flöster: vulgus volck: stipula stuppeln: offerre opffern: parare bereiten, V, Latina Græca & Germanica, lux

lux, λῦξ Liecht: Calamus, κάλαμος, halm: Ango, ἄγχω, angst: nomen, ὄνομα Nahn: Nebula νεφέλη nebel: Medium, μέσον, mitten: Mola, μύλη, mule: procella, θύελλα, wellen: Hora, ὥρα. vhr: pix, πίσσα, Pech vel hebræa, latina & germanica: Mare, meer / marah: vel latina, græca & hebræa, ut: gens, γένος, goi: guberno κυβερνώ, gabar: vis, βία, isch: Denique VI. Hebræa, Græca, Latina & Germanica: Terra, ἐρξ, Erd / eretz: Metallum, μέταλλον, metall Metil: Girus, γῦρος, ring / gabar: Camelus, κάμηλος, Kamel / gamal: Misceo, μισγέω, mischen / masach: pœna, ποινή, Pein / pun: Turris, τῦρρις, Thurn / Zur: Magus, μάγος, meister / magim: pyrgus, πύργος, Burg / Bir: sal, ἅλς, salt / malach: pupus, πῦς, Puplein / bobk: mater, μητήρ, mutter / Em; Uro, buro, πῦρ, sewer / ur: pes, πῆς, fuß / bos: Cornu, κέρας, horn / Keren &c. Concludit itaque idem author p. 30: *Ea inquam, lingua sc. hebræa, prima & vetustissima est, aliorum idiomatum quasi mater.* Imò, ut Junij verbis in orat de L. H. utar: *maxima est geniturâ & propagatione, qua tam numerosos fetus, tam multis locis regionibusq; peperit.* Denique lumen Theologorum non exiguum Polycarpus Lyserus in suo Noacho, super Gen. c. II. hujus veritatem rei haud perfunctoriè illustrat: *omnino, ait, certum est, reliquas linguas omnes, maximam partem, ex primigeniâ tanquam rivulos ex fonte profuere.* Et docti quovis tempore hoc studio delectati sunt, ut investigarent quomodo per inversionem, transpositionem & mixtionem literarum, inter linguas maximè peregrinas, summa esset quoad literas radicales cognatio. Claudat agmen ὁμοφῆρων Joan. Fungerus jctus: *Ne cuiquam mirum videatur, nôrit pleraq; nomina Hebræa apud Græcos, vel detractis, vel auctis syllabis inveniri.*

XI. β. Quod ad ipsam derivationis demonstrationem uberiorem in exemplis pertinet, captui lectoris conducturas esse nonnullas hypotheses speraverim, ut modus per eas, quo fiat ē voce aliā *originatio*; sic enim M. Fabio Quintiliano dicitur, quæ Ciceroni Notatio est, in antecessum certò describatur. Ita quidem ut Thematata *Beomani* de propr. sign. voc. pag. 35. seqq. cō videar esse secutus, quò liceat mihi pro qualitate scopi mei, quædam ijs adijcere, quædam adimere.

1. *Vox latina est quæ Romanorum literis pingitur, eorundem terminatione, genere & numero, declinatione vel conjugatione, Syntaxi & pronunciatione, similibusq; proprietatibus, quæ conjunctim sumptæ linguam aliquam constituunt, affecta est; licet quoad originem, vel hebræa, vel græca, vel alia fuerit.* Unde: *Lingva Latina est artificium voces Romanas taliter affectas eloquendi.* Nititur assertio hæc autoritate Cic. l. 3. de finibus; *Ea verba, inquit, quibus instituto veterum utimur pro latinis; quoniam usu recepta sunt, nostra ducamus, ut Philosophia, Rhetorica, Dialectica.*

2. *Derivatio vocum propter discrepantiam τῆ λέως ἐννοημάτων in diversis ingenis, diversimodè elicitur, elaboraturq; variè: ea tamen omnium certissima est, qua sit per priora & manifestiora, propiusq; rem attingit; Sicut signum illud, quod aptè & facile ac statim signatam rem vel ignaris ostendit, alij quod difficultè, tardè & remotè id præstat, antefertur. E. G. Manuductor tutius viam docet, quam enumerator solùm compitorum.*

3. *Etymologia non est in omni voce quærenda, nec*

ratio notationis ubiq; obvia est: utraq; enim interdum impossibilis, quicquid resposent contrarium statuentes Stoici. Etenim, ut in rebus naturalibus nullum infinitum actu invenitur; ita nec in vocibus, namq; deveniendum est tandem ad unum, quod radix sit & principium, in quo acquiescas: itaq; ut non omnium vocabulorum in lingvis ortis; ita primigeniorum multo minùs, quæ sunt Græci idiomatis, aut verè solius Hebræi, causas cognoscere, est vel necessarium, vel honestum, vel utile, cui primi inventoris & sapientissimi arbitrium ceu causa sufficit.

4. *Originationis cum Materia, h. e. litera* & *sonus*; tum *Forma, i. e. significatio vocis attendatur*: hac tamen magis quam illa, quia plus prestat: In quibusdam enim exemplis, & materia & forma integra manet, ut *H. piger*, *piger* fuit: *Cytillus* κύτις @: *discus* δίσκος @: *concha* κόγχη: *mœchus* μοιχός: *cannabis* κάνναβις: *trutina* τρουτάνη: *colossus* κόλοσσος @: *cetus* κήτος @: *cete* κήτος: *lapathum* λάπαθρον: *cothurnus* κόθουρον @: *Smegma* σμήγμα: *scomma* σκόμμα &c. Interdum utriusq; mutatio, nunc major nunc minor accidit: quæ ante omnia, confusionis lingvarū *babylonica* admonemur, & nostræ labis.

5. *Ubi significatio exulat; materia autem vocis vel integra manet, vel levitèr immutata; ibi unum pro altero positum esse, & arreptum conijcimus, idq; consuetudine antiquorum, præcipuè vulgi, penes quos invaluit*: Sic volo sic jubeo, sit pro ratione voluntas. E. g. *carpos* est *Plinio* os brachiale, κάρπος @, fructus: *caper* κάπρος @ i. e. *aper* &c. *Rationem* hujus rei affert *J. C. Scaliger* c. 110 de caus. L. L. pag. 280. *Primi*, inquit, qui sermonem invenerent, *agresti animo mortales, ut quæq; sese dabant, ita exceperent*.

6. *Ubi*

6. *Ubi verò significatio seu forma adest, vel integra, vel modicè alienata; materia verò nunc magis nunc minus corrupta, non tamen penitus sublata; non leve originationis iudicium esse potest. Ut antrum ζυργον, Vulcanus Tubalcain, pedo βδ᾽εω &c. Causam hujus corruptionis ita edisserit antiquissimus author Varro, lib. 4. de lat. Ling. Quom uniuscujusq; verbi natura sint dua; à quâ re & in quâ re vocabulum sit impositum: itaq; à quâ re sit pertinacia cum quaritur, ostenditur esse à pertendendo: in quâ re sit impositum, dicitur, cum demonstratur in quo non debet pertendi & pertendit, pertinaciam esse: quòd in quo oporteat manere, si in eo persistet, perseverantia sit. Priorem illam partem, ubi, cur, & unde sint verba scrutantes Græci vocant ἐτυμολογίαν, illam alteram πρὸς σημασιονέων. Et statim insignitèr addit: Quæ ideo sunt obscura, quòd neq; omnis impositio verborum extat, quòd vetustas quasdam delet: nec quæ extat, sine mendo omnis imposita: nec quæ rectè est imposita, cuncta certa manet: multa enim verba literis commutatis sunt interpolata: neq; omnis origo est nostra lingua è vernaculis verbis: & multa verba aliud nunc ostendunt, aliud ante significabant. Et paulo post: Vetustas non pauca depravat, multa tollit. Quem puerum vidisti formosum, nunc vides deformem in senectâ. Tertium seculum non videt eum hominem quem vidit primum &c. Unde Poeta:*

Tempus edax rerum, tuq; invidiosa vetustas
 - - - omnia destruitis.

7. *Christiani depravationis philologicae causam rimantur intimius; quippè justitiâ divinâ, quæ juxta structuram turris babilonica, in stupenda Lingvarum confusione evidenter*

dentèr apparuit, etiã nunc pronos ad lapsum esse homines deprehendunt, præcipuè vulgus, literarum monumenta vel ne-
sciens vel spernens. Cui morbo præter alia adminicula imprimis medetur ars typographica, cujus ope, per Dei gratiam, plurima jam ab eruditis restituta & emenda-
ta contra nævos & vitia popularia asservantur.

8. *Omnis vox aut à re statim deducitur, & dicitur primitiva seu radix; aut ab aliã voce denominatur & dicitur derivativa.* Hinc fluit consecrarium tale: Cum vox sit signum rei & conceptus, ubiq; cum re analogiam aliquam & similitudinem contineat necesse est, si ve ea fuerit propinquior si ve remotior: oportet enim signum equari rei cujus signum est. Conf. Jul. C. Scalig. c. 93. de causis Lat. Ling. pag. 226.

9. *Omnis denominatio vera nititur suis causis & rationibus vel exprimendis, vel intelligendis, sine quibus tam stultè credimus, quam arroganter profiteamur.* Hoc est suberit vel Efficiens, ut Sericum à σήρες. Vel Materia, ut g. Er̄s semen metallorum, f. art pisum, seu semen leguminis, ab H. Ereds terra. Vel Forma, ut dum homo movet lacertos ad sui tutelam, dicitur l. Nappa/ Naffia igen/ ab H. Napheseb anima, cujus actum utrum-
què ut unã voce describeret Aristoteles nominavit ἰντε-
λέχεια, Arist. 2. de An. c. 1. & quantum denotet præ forma acutissimè explicavit J. C. Scal. Exer. 307. f. 12 & 39. Vel Fi-
nis, ut l. Stafwe/ genus dolabræ, à σκαπρω fodio. Vel Effectus, ut pluo à πλύνω lavo: vel objectum, ut Flora à floribus. Vel Subjectum, ut ἀνθρώποις à χθών terra: vel proprium, ut ales ab ala. Vel accidens commune,
ut

ut σκίση @, sciurus, à σκιά & ἔρη, quia sub cauda tanquam umbrâ latet. Vel petitur ἐτυμολογία à contrarijs, ut συμφορὰ damnum, συμφέρω conduco. Vel à parte ad totum, ut à πόκι @, Homero lana, πέκι @, pecus.

10. In Notationibus allusivis sæpè levissimum solùm ratiuncula allegari potest: ut H. *Æijah* accipiter, à R. *Aijeh* ubi; quia ubiq; locorum volet & circumspiciat. *Elul* 6. mensis Judæorum, nobis September, ab *Elil* nihilum: quod demessis tum frugibus nihil in arvis appareat, *Talpa* quasi terram palpans. *Formica* q: ferens micas. H. *Sinai* nomen solitudinis, q: Dumetum à Senæh rubus &c. Ubi verò allusio nimium fuerit absurda & ridicula, index falsæ denominationis est. Ut etsi Icti recte dicant: Testamentum est q: testatio mentis, non tamen calceamentum est q: calceatio mentis. Vide Sperl. in Inst. Phys. p. 889. & alibi.

11. Analogia secundum quam similia elicimus à similibus, originationi sæpè manum porrigit. ut sicut tegula à tegeo, tectum, dicitur; sic Stragulum à sterno stratum: ut rastrum à rado, rasum; sic rostrum à rodo rosium: à diversis lingvis idem derivationis iudicium est.

12. Literæ essentiales ab accidentarijs, ut loquuntur philosophi, cautè discernenda erunt, hoc est, quod Græci dicunt, οὐσαρκιὰ καὶ περισαρκιὰ σοιχεῖα ἀσφύρα. Præcipuè enim separanda est cauda à capite, i. e. terminatio vocis ultima à principio; ne id quod appendicis loco adhaeret, pars compositionis esse putetur. Sic in Cantare, C. A. N. T. sunt σοιχεῖα ἐσιώδη & literæ propriae. A. R. E. communes, ut aMARE, parARE. Ita in Pater, P. A. sunt literæ genuinae. Ter, tris, tri, sunt alienæ, ut maTER, maTRis,

maTRI. Quæ si diligenter observes, faciliior fit origina-
tio. E.g. PA, prior syllaba, est ab Heb, AB pater: MA, pri-
or syllaba, est ab H. EM mater. Similiter in vocibus: Cu-
lex, oratio, pavementum, nutrix &c. EX, IO, MENTUM,
RIX, sunt terminationes Latio familiares, & alibi obviæ,
ut in pulex, aratio, incrementum, genitrix. Nota: In qui-
busdam exemplis postrema quoq; elementa peculiariter
aliquid signant, ut ex collatione patescit,

13. *In transmutatione & derivatione vocum è fon-
tibus in linguam latinam, sæpè vertitur Masculinum in femini-
num, neutrum in masculinam, & contra.* ut Margarita,
Metreta, paragraphus, periodus &c.

14. *Casus rectus aliquando oritur ex obliquis, & vi-
ce versa, ut canis à κυνός, unus ex ἐνός, vide Scalig. c. 26, de c.
L. L. Interdum nomina à nominibus, verba à verbis: interdum
nomina à verbis, verba à nominibus proficiuntur.* ut scapha à
σκαφόρον, nosco à νοέω, νοέω ἄπο τῆ νόου, &c.

15. *Aspiratio Græcorum apud Latinos cumprimis
in S. migrat.* ut ὑπερ super: *Interdum abijcitur omnino, in-
terdum præter necessitatem adijcitur.* Quà de re Agellius l. 2.
c. 3. H. Literam, ait, inserebant veteres nostri plerisq; vocibus
verborum firmandis roborandisq;, ut sonus eorum esset vividior
vegetiorq;. Atq; id videntur fecisse studio & exemplo linguæ
Atticæ. Sic Lachrymas, sic Sepulchrum, sic Vehemens,
&c. dixerunt: in his enim verbis omnibus litera seu spiritus
istius nulla ratio visa est, nisi ut firmitas & vigor vocis quasi
quibusdam nervis additis intenderetur. Nec non Quinti-
lianus inst. l. 1. *Rarissimum, inquit, usum apud veteres fuisse
se ejus, ut qui ircus, cædus, citra flatum dixerint: demùm
seculis*

seculis aliquot observatum, ut consonans omninò non adspiraretur: unde adhuc suo seculo duret: Graccus, triumphus. Sed mox irrepsisse immodicum ejus usum, ut & Chorona & Chenturio diceretur.

16. *Litera Sapè transponuntur per μετάθεσιν, ut H. Athar rogavit, ἐρωτάω interrogo: μορφή Forma: Kazar abbreviavit, g. furz s. fort / brevis: Sapè adduntur per ἀνέσθιν, sapè omittuntur per ἐλείψιν in principio, medio & fine; ἰδίᾳ pro ratione quantitatis, ἐν ἴσῳ αἰσῶν, aliarumq; affectionum vocis. Nunc per alia Schemata variantur, Quæ nominata sunt Exerc. 4. prop. 42. pag. 74.*

17. *Litera Hebrææ & Græca in Latinis dictionibus, non modo per aliquot exempla vertuntur in suas æquivalentes: ut Alpha & Aleph in A, καλαμῶν, calamus: εἰ in e, ut ἐγὼ ego. Lamda & Lamed in L, ut H. Metil, μέταλλον, metallum: αἰ in Æ, αἰὼν ævum: εἰ vel in E longum, ut μεσῶν Museum, vel in i longum, ut βραβῶν Brabium, vel manet ut Brabejon. Verumetiam creberrimè permutantur, in alias ut plurimum potestate cognatas: ut γόγγρος, congrus: κύκνος, cygnus: θεός, Deus. Inde extitit ἀντίστοιχον. Exempla dictionum deductarum à Græcis, suppeditat J. C. Scalig. l. 1. de causis lat. lingvæ, ponitq; cap. 26. Mutationem vocabulorum, & quidem 1. Longarum in longas: ut ὄν ovum. 2. Brevium in breves: ut ὄν onus. 3. Brevium in longas: ut μέ me. 4. Longarum in breves: ut ὄρειχαλκον orichalcum, κρηπίς crepida, φῆρ fera: vel in naturâ communes: ut ἄγω ago: 5. Communium naturâ, in naturâ communes: ut Φαρσάλια pharsalia:*

vel

vel in breves : ut ὕω ὕμας humus : vel in longas : ut Uduſ ab eadem origine. Sic πλώω ſputum. Hoc fit non ſolum ob uſum, ſed etiam ob partes : namq; poſitione interdum fit hoc : ut ἐν à quâ in, natura brevis aliquando fit poſitione longa. Haſ dicit eſſe præceptiones in communi : ſigillatim ſic recenſet. A in a mutatur, κάλαθⓄ Calathus : in I, κἀνατρον caniſtrum : in O, ſi copo ἀπάπηλⓄ venit : in U, θριαμβⓄ triumphus : τραγγαλίξεν ſtrangulare, κραπιάη crapula. E in e breve, θεός Deus : longum, ἐδⓄ ſedes. in I, τέγωω tingo : in O, ἐμῶ vomo : in U, ἐνός unus, ἐρένωω ruſto, putat tn. eruſto fuiſſe ſimplex. η in e, ἥρως Herus, πηνελόπη penelope, σκηνή ſcena : in A frequens ejus tranſitus eſt apud Dorienſes, & Æolenſes, κιθάρης cithariſta. I, in a, τγγάνω tango : in e ex diphtongo, ποιηρα. na : etiam ſolum, καρκίνⓄ cancer : in I longum λίβις lividuſ, φίλⓄ, filiſ. Interdum abiicitur à medio, γνώριμα norma; à fine, περι per : Interdum additur, ναυτης navita. O in ſeiſſam brevem, ὄϊς oviſ : longam, ὄλⓄ ſolùs : in A, ἄροτρον aratrum, putat tn. commodiuſ eſſe à ſuperno aratum : in e, γόνυ genu Æolum more; in I ὄμβρⓄ imber : in U ἰόβας juba, πάτροκλⓄ, patrocluſ, ὄδουſſεὺς Ulyſſes, βροτὸς Brutuſ : in au dipht, ὄρεχαλμον auriſchalcum : Abiicitur ab initio ὄδὸς denſ; à fine ἀπὸ ab. Y in U, ἰλυρὶⓄ illuriuſ, δύο duo, δύο verbum dumuſ : in O, φύλλον foliuſ : in e ἀλκυών alcedo : in I breve, λύγⓄ yimen, unde ligare, non à legendo, ut Varro; in a, κυνὸς canis. η in ſe totam, ὠν ovuum : in U φῦρ fur, non ut Varro à furvo; in au, ὦς æolicum, ἔς commune, auris : in e φράτωρ frater : ſic enim mutarunt Æoleſ, quod erat φρήτηρ, & integrum φρεάτηρ.

c. 27. Diphthongorum mutationis exempla profert. Ai in *α*, *Αινείας* Æneas: in *A* longum, *κραίπᾶλη* crapula: in *E* breve, *βαίνω* venio, *Φάνεσθαι* fenestra: in *I* *ἀχαιὸς* achivus. Au vel manet, *ταῦρ* Ⓞ, taurus; vel mutatur in *u*, *σαυρὸς* surus, id est, piscis *g.* vel abiicitur, *παῦρον*, parum, nisi à parte ducatur: nam paulum inde venit omninò. Ei ante consonantem semper in *I*, si sit naturalis verbo, *Θεσείδης* Theſides, *νελὸς* Nilus; at *Ξενοφῶντα* non sic, nisi græcè loquamur syllabæ gratiâ; nam in *Ξείνω* adventitia est. At sæpius in *E* productū, excip. *Δαρειὸς* Darius, at *λυκεῖον* lyceum; interdum in *e* corruptum more Dorico, expuncto *I*, *Φοινίκειον* puniceum. In fine vocum quoq; unicâ litera scriptum fuit in vetustissimis codicibus, ut Orphi, Ulyſſi, quod erat *ὄρφει*, *ὄδυσσει*. Itaq; in meris latinis pronunciandum quidam volunt, idem pro eidem: isdem pro eisdem more Æolico. Ey manet, *φεῦ* heu: abiicit *y*, *ἀχιλλεύς* Achilles. Itaq; etiam *Achilleum* legitur in obliquo sec. Horat. *Hæm pervicacis ad pedes Achillei*. Neq; enim putat *Scal. d. l.* verum esse, in *u* mutari, exemplo verbi *Φεύγω* fugio: nam ab aoristo ductum fuit *ἔφυγον*, sic *ἐρέυγω* ructo, dempto *E*, & posito frequentativo. OI in OE, *ποινή* pœna: patitur diphthongus hæc divisionem æolicam *κοῖλον κοῖλον*, *τροῖα τροῖα*. interdum pars ejus aufertur *ποιητῆς* poëta. Nunc vertitur vel in *Ei*, *οἶ* hei; vel in *u*, *Φοινίκειον* puniceum. Oy in *U*, *μοῦσα* musa; in *O* longum, *βῆς* bos, in *o* breve *βέλομαι* volo: in *E*, *ὄδους* dens, *πῆς* pes: in *av* *λέω* lavo. OI diphthongus spuria in legitimam OE, *κωμωδία* comœdia: in *o* *ὠδή* ode.

c. 28. Consonantium mutationis exempla quoq; in promptu sunt: *β* facillè & legitimè transit in *u*, *ἄββα* avus:

in affinem etiam ph, θρίαμβος triumphus. Γ in c, γήϊος Cajus: quemadmodum enim apud Athenienses ἀντόχθονες, reliquosq; Græcos σπαρτοί; ita Latinis à vetustate Opici, indigenæ & Caij dicti sunt. in N, ἄγγελος angelus: nonnunquam abijcitur, γνώριμα norma. Δ nisi ad morem reliquarum interdum retinetur, ut δόλος dolus, in L, Ὀδυσσεύς Ulysses; in B δὶς bis; in S: nam quo flexu græci φαρμάδην, Latini arenosum flexu suo dicunt. Ζ nisi retineatur ζέφυρος Zephyrus; in SS, μάζα massa; in I ζεύγος jugum. Θ in th, Θράσων Thraso; in T θρίαμβος triumphus: in D, θεός Deus. κ in C, καλεῖν calare, κάλλος calo; in Q, καῖτερα πολλίς, pro καὶ ἕτερα quatuor; quum enim dixissent: Unum, alterum, tria; pro quatuor dixere: & cœtera, & altera. Ut apud poetam: Aurea mala decem misi: cras altera mittam. Sic ex καὶ ἕνε & unum, cum syllabâ paragogicâ, deduxere vocem Quinquaginta; in G, κυβερνάω gubernano. L nisi manserit, λίβς libis; in D μελετᾶν meditari. Addi potest, in N μέλος mens; hinc procul dubio membrum. M nisi retentum μοιχὸς mœchus, in B, μήλα balare; cœterum omittitur, σάγματα sagus, sagitta. N nisi maneat, νῆϊος Nivus, in D, κῆνω cædo, E. g. Eurip. ἐκάνεστε τῶν ἐλλήνων τὸν ἄριστον; in L, Νύμφαι Lymphæ, quandoq; tamen Nymphæ, Virg. *Dant famulimanibus Nymphas*, in M, παιγνιον Pægnium; additur Romanorum proprijs, Cato κάτων, demitur ab his Græcorū proprijs, σίμων Simo, rursusq; additur in appellativis, δὶς dens, ξίς acris; in SC, ἀξίνη ascia. π in B, πυξὸς buxus, nisi retineatur, πυρρὸς Pyrrus; ἀπὸ ab, ἔσσω sub; accipit etiam aspirationem τροπαιον trophæum. ρ nisi retentum, ἀήρ aer, in N, καρκίνος cancer, ne esset carcer; in D, γαυριόω gaudeo. σ in D,

in D, μέσον medium; tollitur quoq; non solum in inflexione primâ πυθρίας Byrria, sed etiam in alijs, ἄλλοσολ, & in principio, σκύντⓄ, cutis: in X, ἄϊας Ajax: in R, κυβερνήτης gubernator. T in S, ὄσᾶ ossa, Θεσσαλός Thessalus. Φ in Ph, Φορμίον Phormio: in F, Φύω fundus, Φῶ, for. χ in Ch, χρώμις Chromis: in G, ἄρχω ango: in C, λόχⓄ, locus: in Q, λέγω, λέλοχα loquor, sic ἀχελῶⓄ, aqua, unde poëta: *Foculaq; inventis Ache-loia miscuit unis.* ψ in PS, ψύλλον psyllium, & in BS, ἄραψ Arabs. Aspiratio manet, ὀμῶς homo, animal sociale; adimitur, ἄμμα amœntum; mutatur in S, ἐδⓄ, sedes, in V, ἔρπων Verpus. Tandem inter vocales interponitur nunc v conf. ὄϊς ovis, quod & præponitur, ἴς vis; nunc C, σπέⓄ, specus &c.

18. *Omnes Figura & mutationes memorata eveniunt.* α. ἐνΦωνίας causâ, ut *meridies non medidies.* β. Differentiæ gratiâ, ut λύκⓄ, *lupus*, quo distingvatur à *luco.* γ. propter compendium, ut *Nutrix* pro *nutritrix*, à *nutritum.* δ. ob consuetudinem, quæ licet interdum prava, quoniam semel infedit, tanquam altera natura legis vim obtinere solet. Neq; mirum est, ait Luth. nos stram lingvam ab imperitis depravari, cum nos vicissim regnante barbarie, lat. lingvam egregiè corrupimus.

19. *Cæterum, eadem Figura & variationes locum in reddenda ratione Originationis omnium ortarum Lingvarum inveniunt: quæ quò rarioribus constant vocibus radicatis, & pluribus literis servilibus, eò densiori derivationis involvuntur caligine, & minori denominationis perspicuitate nitent: Quales sunt, Lingva Ruthenica seu Russica, & reliquæ Sclavonicæ, Polonica, Bohemica, Hungarica &c. Nota:*

Denominata vox, cui neunica quidem Radicata litera superest, suspectæ notationis fit, nisi forma sit evidentior:

20. *Quemadmodum non ubiq, nec in omnibus pariter disciplinis, sic neq, in Philologia par ἀκριβεια & subtilitas servari potest.* Sic enim Aristoteles ait l. 1. Eth. Nic. c. 3: τὸ ἀκριβὲς οὐχ ὁμοίως ἐν ἅπασιν τοῖς λόγοις ἐπιτηρεῖται, ὡς περὶ ἐδὲ ἐν τοῖς δημοῦργομένοις. His Regulis, & unicâ adhuc prægnanti addendâ, observatis, fortitè iri obviam quibusvis lingvarum ortarum originationis & natalium oppugnatoribus potest.

21. Tandem quòd una lingua in aliam vel dialecto, vel toto genere discrepantem degenerare facilè, cum ætate, tum populorum emigratione queat, sequentibus testatum faciò documentis: 1. Lingva moderna patriæ nostræ quantum ab antiquâ illâ dialecto Svecicâ distet, loquuntur non solum antiqua variarum provinciarum, sed & comùnìa legisteria, *Konunga Styrlise*, & alia vetustatis multa monumenta Runica. 2. Lingvæ veteris Teutonicæ hodierno germanorum stylo dissimilimæ exempla nobis sistunt Gothicarum & Longobardicarum rerum Scriptores aliquot Veteres, ex Bibliothecâ *Bon. Vulcanij* & aliorum; *Lugdun Batavorum* A. Chr. 1617. impressi, idq; præmissis *Jornande de Reb. Geticis*, & *Paulo Warnefrido de gestis longobard.* comment. Anon. in *Lit. Goth.* pag. 55. seqq. & 65. α. In ipsis vocibus seorsim, ut: *Ambachi*, servus. *Barn*, Filius. *Burch*, civitas. *Cunit*, Grex. *Drou*, comminatio. *Drut*, Dilectus. *Gebeizan*, pollicitatio. *Geili*, lascivia. *Gilmsfida*, oportunitas. *Gomman*, Maritus. *Grave*, præses. *Haluin*, Summitates montium, unde fortè, *Alpes*. *Heilthastono*, Sacerdotes. *Holdin*, Adjutores. *Ismentage*, Die festo, *Iemer*, semper. *Labal*, pelvis, *Labban*, pallium. *Lichen*,

Lichen, placere. Lidin, Sicera. Loccha, Cincinni. Magin, cognata. Man, Homo. Mihhil, Magnus. Misilsucht, Lepra. Moina, Nequaquam. Quena, Uxor. Reve, Uterus. Spunnen, Ubera. Saban, Linteum. Sachs, Gladius longus. San, Citò. Scaffanera, Prægnans. Sige, Victoria. Samir, Tanquam. Thiornun, Virgo. Thiu, Ancilla. Unberenti, Sterilis. Vngireh, Tumultus. Vrebehelin Schelte, Petulans accusatio. Wamba, Venter. Winister, Sinister. Vzaz, Sed. In Zeso, à dextris. Zitenmeistarom, Magistratus. Zuibar, Amphora. ß. In ipso textu, cui præfatur his verbis idem author:

Specimen

Veteris Lingvæ Teutonicæ.

Extat apud me exemplar Harmonia quatuor Evangeliorum, quam Tatianus B. Iustini discipulus, & (ut Victorùs Capuæ Episcopi verbis utar, quibus in præfatione, quam huic Harmoniæ præfixit, utitur) fortassis adhuc B. Iustini lateri adharens, solerti compaginatione disposuit; quem quidem Victorem Sixtus Senensis in Bibliothecâ sacrâ scribit claruisse Anno Domini 481. E cujus Harmoniæ Evangelicæ vetustissimâ interpretatione Teutonicâ, depromam nonnulla, qua hujus lingvæ studiosi, cum Gothicâ conferre possint, eâq; sese oblectare tantisper, dum Harmoniam illam integram Latinè paritèr & Teutonice edam. Quâ quidem interpretatione Teutonicâ, crediderim nullum in eâ lingvâ extare scriptum antiquius.

I. SALUTATIO ANGELICA ITA

SE HABET

Conjuncta cum supplemento Elisabethæ Luc. 1.

v. 28. HEIL vuissthu gebono follu, truchtin mit thir. Gifegenot sis thu in vuibon. *Et paulo post: v. 42. Inti gifegenot si thie vuahsimo thinero vuamba,*

II. CANTICUM MARIE VIRGINIS,

- v. 46. MIKKILOSO min sela truchtin.
 v. 47. Inti gifah min geest in Gote, minemo heilante.
 v. 48. Bithiu vuantha her geschouuota odmuoti sinero
 thiui. Seno nufon thiu saliga mih quedent alla cunnu.
 v. 49. Bithiu vuantha mir teta mikilu thie tar mahtig
 ist; inti heilag sin namo.
 v. 50. Inti sin miltida in cunnu inti in cunnu inan forh;
 tanten.
 v. 51. Teta maht in sinemo arme; Zispreitta ubarhubti-
 ge muote sines herzen.
 v. 52. Nidar gifatta machtige van sedale; inti arhuob
 odmuotige.
 v. 53. Hungerente gifulta guoto; inti otage forliet itale.
 v. 54. Inphieng Israel sinan kocht; zigi muntigonne
 sinero miltidu.
 v. 55. So her sprach zi vnser fateren Abrahame, inti si-
 nemo samen ziuuerolti.

III. CANTICUM ZACHARIÆ.

- v. 68. Givvihit si truchtin got Israelo. Bithiu vuantha
 vuisohta inti teta losunga sinemo folke.
 v. 69. Inti arrichta horn heiliuns in huse Davids sines
 knechtes.
 v. 70. So her sprach thurub mund heilagero, thie fon aue-
 rolt vuarun sinero vuizageno.
 v. 71. Heil fon vnseren sianton, inti von henti allero
 thie vnseh hazzorun.
 v. 72. Zi tuonne miltida mit vnseren faterun; inti zi gi-
 hugenne sinero heilagun giuuozoneffi.
 v. 73. Thero eidhusti thie er suor zi Abraham vnser
 mo fater sih uns zi gebanne.

- v. 74. Thaz vzan forhta fon hentin vnsero fianto ar-
 löste thionomes iun.
- v. 75. In heilagnesse inti in rechte fora imo, alle unsaren
 tagen.
- v. 76. Thu knecht vuizago thes hobisten bisthu ginen-
 nut. Fora feris vuarlihho fora truchtnes auuuzzi, zi
 garuenne finan vugo.
- v. 77. Zi gebanne vüistnom heili sinemo folke, in for-
 laznessi iro suntono.
- v. 78. Thurub inuouilu miltida unsares gotes, inten vüi-
 sotha unsib vfgan fon hohi.
- v. 79. Inliuhten then thie thar in finstarnessin inti in
 scuen todes sizzent, zi girihenne vnsera fuozzi in
 voug sibba.

IV. CANTICUM SIMEONIS Luc. 2.

- v. 29. Nv forlaz thu thruchtin thinan skalk, after thi-
 nen vuortun in sibba.
- v. 30. Bithiu vuantha gifahun minu ougun thinan heilant.
- v. 31. Then tu giantuurtites fora anuuze allero folco.
- v. 32. Lioth zi inrigannesse thiotono, inti zi diuridu thi-
 nes folkes Israelo.

3. De Gothorum, qui hodie Tauricam Chersonesum
 incolunt, lingvâ ita differentem prænominatus author
 quendam introducit pag. 49: *Opera pretium mihi videtur
 hoc loco inferere quæ Augerius Busbequius Caroli V. impera-
 toris apud Turcarum imp. legatus, in suis de legatione Turci-
 câ Epistolis, de gentis quæ hæc etiamnum tempestate Tauricam
 Chersonesum incolit, lingvâ differit. Iuvabit enim non parum
 meo quidem iudicio, peregrinarum imò v. patriæ nostræ, h. e.
 Teutonice lingvæ studiosos, harum rerum cognitio. is itaq. E-
 pistola 4. hæc habet: Non possum hoc loco præterire quæ
 de gen-*

de gente accepi, quæ etiamnum incolit Tauricam Chersonesum, quam sæpè audiveram sermone, moribus, ore deniq; ipso & corporis habitu originem Germanicam referre. Itaq; me diu cupiditas tenuit videndi ab eâ gente aliquem, & si fieri posset, eruendi aliquid, quod eâ lingvâ scriptum esset; sed hoc consequi non potui: Casus tamen utcunq; desiderio meo satis fecit. Cum essent duo illinc delegati; qui nescio quas querelas nomine ejus gentis ad principem deferrent, meiq; interpretes in eos incidissent, memores quid eis mandâssem si id usû veniret, ad prandium illos ad me adduxerunt. Alter erat procerior, toto ore ingenuam quandam simplicitatem præ se ferens, ut Flander videretur, aut Bata-vus: alter erat brevior, compactior corpore, colore fusco, ortu & sermone Græcus, sed qui frequenti commercio non contemnendum ejus lingvæ usum haberet. Nam superior vicinitate & frequenti Græcorum consuetudine sic eorum sermonem imbiberat, ut popularis sui esset oblitus. Interrogatus de naturâ & moribus illorum populorum, congruentia respondebat. Aiebat gentem esse bellicosam, quæ complures pagos hodieq; incoleret, ex quibus Tartarorum Regulus, cum expediret, octingentos pedites sclopetarios scriberet, præcipuum suarum copiarum firmamentum: primarias eorum urbes, alteram *Muncup* vocari, alteram *Sciuarin*. Ad hæc multa de Tartaris eorumq; barbarie: in quib. tamen singulari sapientia non paucos reperiri memorabat: nam de rebus gravissimis interrogatus, breviter atq; appositè respondere. Eâ de causa non temerè dicitur Turcas, reliquas quidem nationes scriptam in libris habere sapientiam, Tartaros libros suos devorasse, ideoq; in pectoribus

eam habere reconditam, quam promant cum opus sit, & veluti divina fundant oracula. Nunc adscribam pauca vocabula de multis quæ Germanica reddebat: nam haud minùs multorum planè diversa à nostris erat forma &c. *Et paulò post inquit:* pleraq; alia cum nostrà lingvâ non satis congruentia usurpabat, ut: *Ada*, ovum. *Ano*, Gallina. *Atochta*, Malum. *Boga*, Arcus, *Brunna*, Fons. *Borrotsch*, Voluntas. *Criten*, Flere. *Cadarion*, Miles. *Gadetha*, Pulchrum. *Iel*, Vita sive sanitas. *Ieltsch*, Vivus, sive sanus. *Iel vhurt*, Sit sanum. *Kilemsch Kop*, Ebibe calicem. *Marzus*, Nuptiæ. *Mycha*, Ensis. *Schuos*, Sponsa. *Schedijt*, Lux. *Schuualth*, Mors. *Stap*, Capra. *Statz*, Terra. *Telich*, Stultus. *Wichtgata*, Album. *Tzo Warthata*, Tu fecisti. *Ies Warthata*, Ille fecit. *Ich malthata*, Ego dico. *Iustus* ita numerabat: *Ita, tua, tria, fyder, fyuf, seis, seuene, athe, nynes thyne, thynita, thunetua, thunetria*, &c. *Viginti* dicebat *Stega, XXX. treithien. XL. furdeithien*: Centum, *Sada. Mille, Hazer*. Quin etiam cantilenam ejus lingvæ recitabat, cujus initium erat hujusmodi: *Wara Wara ingadolou, Scu te gira Galtzou, Hæmifelep dorbiza ea*. Utuntur articulo *tho* aut *the*. Hactenus *Busbequius* de Gothorum Chersonensium lingvâ cum in vocibus, tum contextu.

Quod lingvam verò Gothorum extraneorum atinet in communi, scripsit idem author commentariolum *Anonymi cujusdam* in Literas Gothicas, ex vetustissimo quodam codice argenteo (ut eum vocat) sumptas, & Notas Lombardicas. Deinde recensito quadruplici Alphabeto Gothico diversorum characterum, quorum priorum trium ait *Danielem Rogersium* nactum esse, alijsq; commutasse, primum quidem à præfecto Regio Gothlandia *D. Ioan. Bilde*, A. 1556. Alterum à Cancellario Danico, ante A. 36.

Tertium à C. *Dansæo* Oratore Gallico; quod planè convenit cum eo quod habet *Olaus Magnus* in hist. Goth. Sueonumq; L. 1. C. 7. Quartum se à *Iosepho Scaligero* recipit accepisse. Ipsius præterea textus ponitur

Specimen

Lingvæ Gothicæ.

I. SALUTATIO ANGELICA, Luc. 19

- v. 28. Fagino anstaiæu dabafta, fan mith thus.
 v. 42. Thiutida thu in vinon, gah thiū thidol kran vi-
 thans theinis.

II. ORATIO DOMINICA, Matth. 6.

- v. 9. ATTA vnsar thu in himina, Weihnai namo thein.
 v. 10. Vimai thiadinassus theins; Wairthai Wilga theins,
 sue in himina gah ana airthai.
 v. 11. H laif vnsarana thana finteinan gif vns himma;
 daga;
 v. 12. Gah aſlet vns thatei ſeulanſſigaima, ſua ſue gah
 Weis aſletam thaim ſculam unlaraim;
 v. 13. Gah ni briggais vns in fraiſtubngai; ak lauſei
 vns af thamma vbilin, vnte theina iſt thin dauca-
 di gah mahs gah Wulthus in aivvins, Amen.

III. CANTICUM MARIE VIRGINIS,

Luc. 1.

- v. 46. MIKILEIDSAI Wala meina fan;
 v. 47. Gah ſveigneid ahma meins du God anaſgang
 meinama.
 v. 48. Vnte inſack du h naigenai thinges ſeinaizes. ſai
 allis fram himmam vaudacgan mik alla kunga.

- v. 49. Unte catavvida mis mikelein fa mahtiga; gah vveih nam eis.
 v. 50. Gah armahairtei is in aldins alde thei mogandam ina.
 v. 51. Catavvida svvinthein in arma seinama; distahida mikil thuhtansca hugdai hairtins seins.
 v. 52. Cadrausida mahteigans af stolam, gah vsbauida ca h naivvidans.
 v. 53. Credens casotida thuite; gah cabienandans infandida laufans,
 v. 54. Haibida Israël a thiumaca seinamma camunands armahair teins.
 v. 55. Svvasue rodida du attam vsfaraim, Abrahamas gah fraivv is vnd aivv.

VI. CANTICUM SIMEONIS, Luc. 2. vers.

29. FRA leitai scalck teinana frauginond fan bivvaurda theinamma in gavvairthga;
 30. Thande segun augona meina nasein theina.
 31. Thoei manan vvides in an andvvairthga allaizo manageino;
 32. Lihath du andhuleinai thiudon, gah vvulthu maanagein theinai Israël.

4. Tandem hujus declarationi theorematis lucis non parum foenerari is videri potuisset, qui ex duab. Formulis juramentorum præstitorum à Carolo & Ludovico Regibus Francorum lingua Romanâ sive Gallicâ veteri & Teudiscâ, quas habet idem author p. 67. Nec non ex præfatione Alfredi Regis Anglorum in Pastoralis Gregorij Papæ Rom: veteri lingvâ Saxonica à severum, cum versione haud multum ablutente Anglicâ

interlineari p. 81. ut & harmoniâ vocabulorum Persicorum cum Teutonicis p. 87. vellet demonstrare linguarum congruentiam summam, injuriâ temporum posse in ingentem degenerare discrepantiam. Verum ne satyricum illud Horatianum in me quadret: ut omnibus & lippis notum & tantoribus videar referre, his supersebebo.

XII. Rem ipsam quod concernit, fateor cum Scaligerol. i. cap. 29. de caus. L. Lat. multæ operæ provinciam capessere, qui vocabulorum elaboraturus est deductionem; quippè quæ q: *creatio est novi verbi ex prioris elementis: sibi enim quisq; placuit in verborum deductione; ergo qua ipsè non invenere, nolunt esse ita: doceri namq; turpe putant.* Cæterùm neq; cum Varrone facio eumq; secutis, qui eruerunt omnia è Latinis, Græcisq; suas origines invidere; neq; Scaligero per omnia adstipulor, qui in originibus græcis oppidò subsistit: ait enim cit. loco: *Nos cum sciremus magna Græcia nomine priscos Ausones atq; Latinos frequentatos, reddidimus suis quanq; natalibus vocem.* Et porrò c. 69: *Satis enim, ait, nobis sit scire multa à Græcis deducta esse, in quorum principijs sani fuerit hominis acquiescere.* Scilicet in eo Græculos sectatus est bonus vir, qui sibi nimium in derivandis à suâ lingua vocibus placent. Sic n. Cic l. 2. de orat. ait: *Homines Græculos controversia verbi tamdiu torquet &c.* Unde Freinsheim. Com. in Curt. lib. 4. c. 7. ad vocem Hammonis: *Sic potius, inquit, scribendum credam, quam Ammonis, facit inter alia & Festi epitoma, qua serie literarum concepta, adspirationem inesse voci aperte testatum facit. Nec valde moveor quod vox ἄμμη, quod arenam signat; unde nomen deastro factum volunt, adspirationem non agnoscit. Scimus enim in nominibus haud paucis idem accidisse, postquam*
altiam

aliam in linguam migraverunt. Nec de Originatione illâ nimis certum est: nam sanè quàm liberales fuèrè Graculi, in omnium fermè nationum locorumq; nominibus ex suo sermone deducendis. Deinde alijs notationibus vocis ab Herod. Diodoro Sic. Eustath. & Beroso, nec non phil. Mel. accitis, approbat eam quam supra Exerc. II. pag. 27. prop. 28. posueram; quibus addi possunt quæ prop. habentur hujus Exerc. 14. hæc eadem paginâ.

XIII. Potiùs igitur *Christiano Becmano Bornensi de originib; Ling. Lat. consentio, qui rectè quidem Gracis largitur acquiescendum esse, ubi aliud principium vel nullum, vel obscurius vel ineptius fuerit. Alioquin, si fieri potest, à Gracis transeundum ad Hebræos. Ibi quies: ibi principium, quo nihil prius, nihil verius, nihil sanctius.*

XIV. Nunc eâ, quâ fieri brevitate poterit, illas solum dictiones Latinas nominabo ordine alphabetico, quæ ex utraq; Lingvâ & gracâ & hebræâ simul videntur esse oriundæ, eisdemq; non universas; foret enim hoc immensi laboris: verùm natas sub ipso stylo: A. Absis vel apsis, arcus rotæ, g. ἀψίς ab ἀπρω νεστό, h. *Aphad*, aptavit. Abyssus, g. ἄβυσσος, ab α & βυσσός jonice, pro βυδός fundus, vel βάθος idem: H. *Pachath* fovea, item *Bath* vastitas profunda. Achæmenes, ἀχαιμηνός, nomen primi regis Persarum, auctore Herodoto: unde Achæmenij & Achæmenia, ab H. *Chammanim*, idola toties à prophetis populo Dei exprobrata; à *Chammam*, caluit: unde *Chamma* Sol, Apollo, & *Chamman* solarium; item simulacrum *Hammonis* seu jovis, extructum in loco excelso calori solis exposito. A. cus, ris, g. ἄχυσος arista, palea, h. *Achar* turbavit, excussit, Adeps facillè ex h. *Taphasch*, pingvis f. Adytum, gr. δύνω
P 3 ingre-

ingredior, inde etiam est Latinum *induo*, h. *Edah*, *Dah*,
 subijt. *Ædes* g. α priv. & *ιδεῖν*, domus enim resp.
 campestrium opaca est; h. *Eden* basis. *Æger* gr. ἀργός
 labore vacuus & q: officio superledens; h. *Raga* ruptus
 est, riguit. *Ærumna*, gr. ἀίρω μείνη, ab ἀίρω tollo; h. *Ha-*
lam conquassavit. *Æstus* gr. ἐσχάρα ab *Esch* ignis. *Æs*,
 gr. βίβη, ætas, h. *Eth* tempus vel *Erez* terra. *Æther*,
 αἰθήρ, h. *Adar* splenduit. *Ager*, ἀγρός, h. *Akar* agricola,
 vel *lckar* q: *isch car* vir agri. *Agger* gr. ἄγω duco, h.
Agar congefilit. *Agnus* ἀμνός q: ἀγνός, quod sit ho-
 stia pura, h. *Hagag* sanctus f. *Ago*, ἄγω h. *Nabag*, *Ag* du-
 xit, egit. *Agmen* gr. ἀγέλη grex, h. *Egel* vitulus, bos,
 qui gregem faciunt. *Alcia*, axis ἀξίση h. *Maatsad* secus
 ris. *Albus* ἄλφω, λευκός, h. *Laban* conditus, albus. *Al-*
geo, ἀλγέω h. *Al* non *kum* surgere. *Alvus* h. *Allon* idem
 vel quercus secundum Hieron. *Alfine*, ἀλσώδες quod
 delectetur ea herba opacis, h. *Aschel* nemus. *Altus* παρὰ
 τὸ ἀλλεῖναι salire, ascendere, h. *Alah* ascendit. *Ama-*
rantus ἀμάραντος, flos nunquam marcescens, ἀ μαρά-
 νω marceo, h. *Makak* marcuit. *Amo* ab ἄμα simul, u-
 ηα, h. *Amam* conjunctio: amor enim est affectus unio-
 nis. Item h. *Chamah* arsit. Unde virg. de lib. Cœco
 carpitur igni. *Amplus* q: ἀνάπλοω cont. ἀνάπλος ἀ
 πλέω navigo, item πλέω plenus h. *Pille* separavit, ex-
 tulit. *Amurca*, ἀμοργή sordes olei, h. *Marak*, purgavit.
Ango, ἄγγω stringo, h. *Nagas* angustavit. *Animus*, a-
 nima, gr. πνεῦμα, h. *Naphes* idem, ἀ *Nippas* respi-
 ravit. *Aonus* ab ἄμφι circum; h. *Schanah* idem. Item *R.i-*
teravit. *Aptus* παρὰ τὸ ἄπτειν aptare, h. *aphad*. aptavit.
Aspis πύθων, h. *Pethen*. *Aqua* (præterquam quæ prius di-
 cta) κῦμα fluctus, h. *Gimme* inundavit. ἀχελῷω v. ἀ λῶ
 λavo

lavo, & ἄρα quod olim fuit aqua. hæc originationo *Scaligero*, illa *Becmanno* placet. Ara, gr. ἀρά supplicatio, h. *Naerab* nudatus, effusus est, quia in aris sanguis hostiarum fusus est. Potius quam juxta *Becman.* de orig. L. L. p. 100, à *Bamah* excelsum esse. Araneus ἀράχνης h. *Arag* texuit. Arbor *Prisc.* l. 6 à robore: alijs ab arvo, sed hic non est subsistendum; itaq; gr. βρύειν significat pullulare; hinc germ. *Briiten* pullos excludere, h. *Ravah* crevit, multiplicatus est. Arceo, ἀρκέω propulso; *Harak* pepulit. Ardeo, quibusdam ab ἀρδω per antiph. alij ab ἄρω sicco, splendo; h. *Baar* arsit. Argentum, ἀργυρῶς ἀργύριον, h. *Ragan* murmuravit, obstrepuit: sapissimè enim illud materia litis est, præsertim inter potentiores, *Prov.* 16: 28: ibi enim eadem vox occurrit rationem derivationis facete declarans. Arguo, ἀργέω, ferior, cello; item castigo: sic h. *Nirga* quietus f. sed *Raga* dirupit. Aries, κριῶν, idem, κερῶν cornu: ab hujus enim animalis pugnacis figura dicta est machina bellica *Cæs.* l. 7. de B. Gal. *Cic.* l. 1. off. *Liv.* l. 1. Corn. *Nep.* h. *Arieh* leo: uni enim animalium nomini hebræo, plura nonnunquam respondent latina, conf. *Exerc.* 4. p. 88. Arma, ἀρμῶς concinna compages, q; agmen, & ἄρμα currus, *Act.* 8: 28, è curribus enim olim pugnabant, h. *Rom* altum esse, vel potius *Ramah* jaculatus est; huc facit etiam *Raam* fremuit. Arrha, arrhabo, ἀρῆαβῶν, h. *Era* bon, à R. Arab promisit. Artus, ἀρῶν ab ἀρω apto; h. *Ratat* horror: obstructis quippe arteriarum canalibus, per quos spiritus vitalis in corde generatus ad cerebrum ascendit, tremor singulis contingit membris, juxta illud poetæ: *Obstupui steterunq; coma vox faucibus hæsit.* Arvum, ab ἀρω, hoc ab ἀρῶ, ἀρῶρα, unde rus; h. *Charasch* aravit,

aravit. Ascenas, i. e. Antistes religionis, Hom. Iliad. β.
Ασκανιος θεουδης, ab H. *Esch* ignis & *Koben* sacerdos.
 Inde orti sunt Ascanij, quorum sedem primū fuisse in
 minori Asia ait *Becmanus*; conjecto fuisse etiam in Italia
 eorum habitationem: quippè *Ascanius* procul dubio à ne-
 pote *japheti* & filio *Gomeri* Ascenâ oriundus, *Æneæ*
 filius erat, fugæ laborumq; in quærendis sedibus, patris
 socius, Liv. l. 1. ab V. C. Horum progeniem veteris Sax-
 onix portionem, quæ nunc *Ascania* dicitur, tenuisse ad-
 modum credibile est; cui proximum est etiam oppidum
Wischerleben: & hinc esse, quod hodierni Judæi per *synecd.*
 part. Germanos *Ascenazim* nominent, dicantq; suâ lin-
 gvâ: *Caphatsta, ledabber, ascenastit*: visne loqui Germanice?
 Germaniæ verò universalis vox, si *Gomeri*, ut *Adriano Lu-*
nio placet, familiæ natales debeat: filium enim alterum
Thogarma habuit, potius tota diceretur *Ascania*, quam *Ger-*
mania, prioris enim filij posteros huc migrâsse verisimi-
 limum ex dictis est, posterioris verò non item. Quinimo
 B. Luth. super Ezech. 38: 6. ait: *Gomer vnd sein son Togar-*
ma halt ich/ sindt die Wenden/ denn am Turchischen hoffe redet
man wendisch. Assur, gr. ἀσῖρ @, beatissimus, h. *Aschar* felix.
 Asinus, ὄν @ ὄνισκος, ὄνα γρ @; h. N. *Naazal* piger factus
 est; item *Anak* rudere, vociferari. Astrum, ἀστρον vel ἀστῆρ;
 h. *Scharaf* fulgur, lux. Asylum, ἀσυλ @ tutus à σὺλη præda,
 h. *Eschel* nemus sacrū, vel *Schalal* spoliavit, *Audio* ἀπὸ τῆς ἀυ-
 δῆς à voce, aut ἀὶ ω i. e. ἀκείω h. *Schama* audivit. Auris, ὄσ,
 h. *Odsen* idem. Aveo, εὐχομαι, h. *Avah* voluit. Augeo, ἀύξω h.
jafaph addidit. Audax à δ' αὐχ @, h. *Dalak* ausus est. Au-
 la, αὐλή, h. *Ivvel* iniquè egit, secundum tritum: *exeat aula,*
qui volet esse pius. Aurum ab αὐρός, thesaurus *θησαυρός*; h. *Aor*
 vel *Or* splendor. Austerus, ἀυστηρός asper; h. *Besar* uva im-
 matura; unde s. *bister/ bitter*.

B. Baculus & baculum, βάκτρον, h. *rok* vacillavit: vacillo enim, ait *Becman*, est q: bacillo. Balæna, βάλαινα, h. *Balah* devoravit. Balsamum, βάλσαμον, h. *Baal-schaman* i: e. princeps olei, propter eximiam nobilitatem. Barbarus βάρβαρος, h. *Barbar* fec. Eliam Hutt. aliàs *Barbyrim* i. Reg. 4. significat gallos sylvestres, indomitos & q: barbaros. Batuo, βατένω, h. *bathab* vastitas. Batus, βάτος, h. *Bath*. Bellum q: duellum, πόλεμος, h. *Balal* permiscuit: maxima enim inde confusio existit. Blæsus, βλαισός à βλάπτω lædo, h. *Balas*, comportavit. Brachium βραχίον, h. *Barac* benedixit. Bractea, ἄπο τῆ βράχειν i. e. crepare, h. *Barak* idem. Branchia, βράγχη, à βρέχω pluo, h. *Berecab* piscina. Bruma, βραχὺ ἡμέρα, i. e. brevis dies, h. *jom* idem Unde suet. est *braach*. Brutus, βροτός, h. *Baar* æstu affectuum raptus. Byssus, βυσσός, h. *Buz* idem &c.

C. Caballus, καβάλλης, ε, ό, h. *Kibbel* suscepit, ut equus sessorem. Cacabus, κάκκαβος, h. *Cab* mensuræ genus. Cachinnor, καγχάζω, h. *Sachuk* risit. Cado, χάζω recedo, vel κάτω adv. deorsum, h. *Nakad* in Niph. vertice inclinatus est, q: à *Kadad* inus. Cadus, κάδος, h. *Cad* prorsus idem. Cædo, κείνω, h. *Cid* cædes. cedo verò ab h. *Zaad* processit. Calamitas q: calamorum comminutio à tempestate, *Becman-nus*; κάλαμος, παρά τὸ καλῶς ἀμαῖσαι, h. *Kamal* & *Kamel* langvit, calamitosus fuit. Calare, καλεῖν h. *Kabal* congregavit. Calix, κύλιξ à κύλιω volvo, inde etiam Cycelus κύκλος, ab h. *Galal* volvit. Calumnia, κλήμα h. *Calam* ignominia affectus. Calx ab adv. λάξ i: e. calce, h. *facal* calluit. Camelus, κάμηλος, à κάμνω fa-

tigor, h. *Gamal*, idem animal à R. *gamal* retribuit: Reperitur vox hæc Math. 19: 24 pro quâ frustrâ quidam substituunt *κάμιλον* i. e. funem nauticum, cum etiam in Textu Syriaco habeatur *Legamla*. Campus, *κηπ* i. e. hortus, vel locus in quo lætior & latior aura, vide *Varr. l. 1. de re rust.* Hesych. *κηπ* ὁ περιπνεόμενος καὶ ἐννεμετός τόπος. h. *Chanaph* ala, sæpè vertitur ora, tribuiturq; corpori, vesti, terræ, vento &c. Cannæ, canalis, *χάν* hiatus, h. *Kanah* idem. Cancer, *καρκίν*, h. *Karach* calvus f. Candidus, *χάιω* uro vel *χάιω* hisco, h. *jakad* canduit. Canis, *χύν* à *χύνω*, h. *Canas* collegit. Cano, Aor. *ἔχων* ab hiatu, h. *Nagan* cecinit. Carmen, *ἄρμὸς* harmonicus, h. *Aram* callidè composuit. Canthus, *κανθός*, h. *capraph*, flexit. Caput, *κεφαλή*, h. *capbal* duplicavit, quod omnia in capite sint ferè dupla *Psalm. p. 382.* Carbasus, *καρβασος*, h. *carphas* linum. Carbo, *κάρφος* à *κάρφω* sicco, h. *Charab* siccus. Carolus ἀπο τῆς κάρως capite, h. *Kara* invocavit, EL Deus; *Jul. C. Scalig. Exer. 266.* *Carl*, *priusca* vox est, quâ robusti fortesq; viri designabantur: idem enim est *Carlman* quod *Andreas*; hinc *g. Kerl* / *f. Karl*. Carpo, *καρπίζω* decerpo, h. *Garath* carpit. Carus, *κρέας* caro, *Charus* *χάρις*, gratia, h. *jakar* pretiosus f. Careo, *κείρω* tondeo, h. *Karach* idem. Castus, *κασός* dor. *κασός* zona acu puncta, cingulum veneris; h. *Kadasch* sanctus f. Caveo à caveâ, *Varroni* est cavea à cavo, *χά*, *χάιω* hisco, h. *Kabah* cavum fecit. Caulis, *καυλός*, h. *Mikla*, caula, quæ ut in Hungariâ è junceis & caulibus est; sic fortè in oriente. R. *Kala* clausit. Cauter, *καυτήρ*, idem, *κηλός* siccus, h. *Kalah* ussit.

Cedrus

Cedrus, κέδρος, h. *Oran arbor procera. Celas, celer, κέλω cello, celsus sum, h. kalal præcelluit. Census, κήνσος, h. Sacan censuit. Centum ἐκατόν, centrum κέντρον à κεντέω pungo, h. Nacod punctis notatus est. Cenium, κενόν vacuum, h. antiph. Nakah purus f. Cera, κηρός, h. Racac mollis f. Ceraunia, montes Epiri fulminibus expositi; κεράνια, h. Barak fulminavit. Creo, κραινώ, κράω, h. Bara idem. Cerno, κρινώ judico, h. Niccar discretus est. Chalybs, χάλυψ, h. jabal fluxit, Hiph. Hobil protulit. Chelys, χέλυς, h. keli instrumentum musicum. Chorda χορδή, h. Charad tremuit. Cibus, παρὰ το κῆθαι τὴν βόσιν, Aliàs χιλός pabulum, ab H. Akal edit. Cicada, Becman, p. 199. inquit, hanc si nominari audis q: citò cadentem, non mireris homines malle ineptire, quàm extra Latium pedem usquam ponere. Et paulo post: Cantus igitur ἔσ' nomen dedit Cicada, ἄδειν. Neq; τὸ CIC, ab initio vacare putes: singulari enim causâ appositum est, ut ita modus exponeretur, si-ve cantus si-ve soni: κικω ἄδειν, κικων est membranula ab Heb. Kachad, occultavit, canunt quippe cicada alis suis aut membranulis. Cicer, κικι arbor quædam, cincinnus κικιννος crinis intortus; h. kikkar, orbis. Cicio, κινέω, h. Noa motus est. Cingo, ζωννύω, h. jazan cinxit. Cinis, κόνις, h. Abak lucatus est in pulvere Gen. 32: 24. Corusco, κορούσσειν, i. e. galeâ armare, hinc Keruberet, eques armatus; h. kerefeh venter cui galea est similis. Cinnamomum, κιννάμωμον, h. kinnamun. circus, κίρκος, h. kicear orbis. Ciris κείρω tondeo, h. karach deputavit. cis, κίς, h. Sis tineis scatuit. cista, κίση, h. kis idem. Cithara, κίθαρα, h. cinnor organon musicum. Citaris, κίταρις, h. kitter cinxit. clamo, καλέω, h.*

kara idem. Claudio, clavis, κλείω, h. *Cala* idem. Clino, κλίνω, h. *Lin.* reclinavit. Cœlum q: κοῖλον celatum, h. *kala* clausit. Cluo, κλύω, h. *Kalah* consummatus est. Cohors, χόρτ@, septum, h. *Cari* cohors militum. Colaphus, κόλαφ@, unde etiam alapa, h. *calaph* ferijt. Color, χρώμα, h. *Rakach* pinxit, vel à καλός, κάλλ@ pulchritudo, h. *calal* perfecit formam. Comœdia, παρὰ τὴν ὄψιν καὶ τὰς κῶμας, h. *Kemosch* idolum Moabitatum. Como, κομῶ h. *casam* & *camos*, ornavit tondendo capillos. Concilium, καλέω, h. *Nacal* machinatus est. Contus, κοντός, h. *kin* acumen. Cophinus, κόφιν@, Syr. *Kurhinin*. Cor, curo, κηράνω, κηρῶ ex corde ago, q: ἐκ καρδίας, h. *Carar* satiavit. Cornu, κέρασ, h. *Karan*. Chorea, χορεία h. *Ma:hol*, lamed in R. idem. Corvus, κόραξ, h. *oreu*, alijs *Coreb*. Crapula, κραιπάλη, παρὰ τὸ κάρη πάλειν, h. *Palah* velatus fuit, mirus f. Crater, κρατήρ, κρητήρ, h. *Kearah* idem. Creber, creperus, crepo, κρέκω pulso, κραιπνός velox, h. *cabbir* frequens. Cresco, crassus παρὰ τὸ κρέας, κρεάζω h. *Charas* sol, vel *ceres* ingluvies. Creta, κρήτη, h. *carat* scidit. Cruor, crudelis à κρύ@ vena, h. *Kor* frigus. Crux κρύειν pulsare, h. *Carath* scidit vel *karaz* ferijt. Cubus κύβ@, h. *Scachab*, *cab*, cubuit. Cupressus, κυπάρισσ@, h. *Capbar* oblevit, operuit. Curvus à κύρτ@, κυρτώ incurvo, h. *kazar* decurtavit, item curtus. &c.

D. Damnum, δαπάνη sumptus (dapnum prius, deinde damnum. *Scal*) à δαπτω avidè voro, h. *Debasch* mel, dapsile. Delphin δελφίν, h. *Leviathan*, draco marinus. Dens, δένδς, jonice δδών, h. *Schen*, inde Edo &c. Densus, δασύς h. *Daschen* idem. Deus θεός, h.

Dai satiety, *Schaddai* omnipotens. Dico, *δεικω*, h. *Zadai* justam habuit causam. Didymus, *δίδυμ* @, h. *Taam* geminus f. Do, *δω*, *διδωμι*, h. *Nathan* dedit. Doceo *δοκέω* appareo, h. *Dachab* impulit. Dolor & dolus, *δολ* @, h. *Chol* doluit, *Hethel* dolosus f. Domus, inde Dominus, *δόμε* @, à *δέμω* ædifico, vel *δαμάω* domo, compesco. h. *Damah* idem. Drachma, *δραχμή*, h. *Darchemon* idem. Dromo, à *δρέμω* curro, h. *Darom* meridies, quippe variorum motuum mensura. Duo *δείκτης* ductor, à *δεικνίω*, adde *δοκῶ* videor, h. *Nagad* indicavit, *Nagid* dux. &c.

E. Ego, *ἐγὼ*, h. *Ani*. Elementum, *έλη* materia, h. *Alman* cui altera pars deest. Elephas, *ἐλέφας*, h. *Phil* idem. Emolumentum, *μόλη* mola, h. *Amal* laboravit. Eo ab antiq: *έω*, pro quo nunc *έμι*, h. *Bo* venire, intrare. Epar, *ήπαρ*, h. *Padar* intestina: cor, jecur, hepar, pulmo &c. Erebus ab *ερα* h. *Aerab* vespera. Euge *ευγε*, h. *Hen* ecce. Eruccio, *ερέγγω*, h. *jarak* idem. Erro *ερόω*, h. *kir* fluere. Euphrates *από τῆ ἐνφάινειν* à latificando, vel potius h. *perath*, *Parah* fructum tulit.

F. Facio *latissima significatiouis verbum, at originis obscura, Becm.* mihi tamen videtur deduci à *ποιέω*, h. *Paal* operatus est. Falx, *πέλεκυς* securis, h. *Palach* discidit. Fallo, *σφάλω*, h. *pillet* iudicavit. Fama, for, faunus, *φήμη*, *φήμι*, *φάω*, h. *Naba* vel *Nafa* prædixit, item *panah* adspexit, vel *Pab* os. Farcio, vel *από τῆ ὤραϊν*, vel h. *Bar* vel *Far* far. Fascino *βασκαίνω* q: *φασκαίνω* interficio oculis, h. *Kischep* fasciinauit. Felix, ab *ήλιξ* *ήλικία*, ut felix dicitur homo etiam floridæ ætatis, h. *Pillet* libravit. Fenestra *παρά τὸ φάνειωαι*, Scal. c. 27 de L. L. h. *Zohar* idem. Fero, forum, *φέρω*, h.

phava tulit. *Ferveo*, φέρβω *pasco*, φορβή *n. pabulum* significat seu ustionis materiam, h. *Bachal* æstuavit. *Festum*, εσία *dea gentilis religiosè culta*, h. *Esch* ignis & *jah* dominus, q: ignis domini, unde *Vesta*. *Ficus* συκή, σύκον, h. *defelab* idem. *Figura* παρὰ τὸ γράφειν, h. *pagar* cadaver, q: externam saltem figuram retinens internâ verò formâ carens. *Filius*, φίλος, *amicus*, h. *paal* fecit q: excellentèr per generationem. *Fio*, à φύω nascor, h. *raah* exclamavit: recens nati enim ejulare solent. *Firmus* ἀπὸ τῆ ἑρματῆ, ἑρμάζω *fulcio*, h. *Rakia* firmamentum. *Fistula*, φυσάω *inflo*, h. *Naschap* idem. *Flagro*, φλέγω *uro*, h. *japha* fulsit, vel *Lahab* flamma. *Flo* φλάω *mollio*, h. *roach*, *japheach* flavit. *Floccus*, à φλόξ *flamma*, h. *Balak*, *Flak* evulsit pilos. *Flos* à χλόη, χλόα, h. *Lach* viridis, *Leach* viror. *Forma*, formido, à φόρφη, h. *Raad* tremuit. *Fragor*, frango, βράχω *crepitum edo*, h. *Barak* fulguravit. *Frater*, φράτωρ, φρεάτηρ, h. *Berith* societas pactum. *Frico*, φάριω, φήχω, h. *parak* fricuit. *Friego* φρύγω, φρύσσω, h. *Rabak* frixit. *Fucus*, Fuco, φύνος, Φυκόω, h. *puk* fucus, quo facies tingitur. *Fugio*, φεύγω h. *Haphak* fugit. &c.

G. Galbanum, χαλβάνη, h. *Chelbenah*. *Galea* à γωλεὰ *latibulum*, item γαλέη *felis*, h. *Choled* idem, item *mustela*: quia olim galeæ ex diversorum animalium pellibus conficiebantur, *jos. Scal. in conject.* *Ganeo*, γάνος, τὸ voluptas, h. *inneg* delicatè vixit. *Gargarismus* γαργάρισμός, h. *Gargerah* guttur. *Gaudium*, γάιω *glorior*, & γηθέω, γαυριάω, idem, h. *Gaah* elatus est. *Genhenna*, γέννα, h. *Ge vallis* & *Hinnom*. *Gemo*, γέμω, *onus sum*, h. *Gannam* idem. *Gena*, γένυς ἢ h. *Ain*, *oculus*

oculus, & *Ganan* textit. Genu γόνυ, h. *Caña* humiliatus est. Gibbus, κῦρⓄ, h. *Gabab* gibbosus f. Gigas, gigno à γῆ, γίνομαι, h. *Kon* perfecit, genuit, item *Goi* gens. Girus, γῦρⓄ, h. *Gabar* giravit. Glaber, Glubo, γλάφω, γλύφω, sculpo, abscindo, h. *Gallab* tonsor. Globus, γλαμὺς ἦ, vestis quæ tunicæ circum circa superinduitur, sed potius ab h. *Galam* volvit. Gradior grassor, κραδάω, κραδαίνω, vibro, concutio, h. *Darag*, grad gressus est. Gratia q: charatia: C, enim & G. sunt σοιχεία παρόμοια, à χάρις, h. *Ratsab* acceptavit. Grus convenit cum græco γέρονⓄ, & cum h. *Agur*. Gubernio, κυβερνώ, h. *Gabar* prævaluit. Gula, γόμⓄ id est saburra, h. *Loa* deglutivit. Gutta, χυτή h. *scharphac* fudit. &c.

H. Habena, Habeo, ab ἀφή tactus, & ἄπτω necio, h. *jabab* adhibuit, *Achads* tenuit. Hæresis αἰρεσις, h. *Bachar* elegit. Halec, ἄλς ἄρε, sal, ἀλιεύς piscator, h. *Halac* ambulavit. Hallucinor, ἄλλομαι salto, h. *Al* vel *Ain* non, & *Or* lux. Hara, χράω inter alia polluo, h. *Chara* excrementum. Haurio, αἶρω, h. *Harab* concepit. Haut per t rectius quam d, ab αὐτί rursus, retro, h. *Ain* non. Hedus nonnullis ab αἰδῶς membrum genitale, h. *Gedi* ejusdem significatus cum hædo: q: gedus. Hemina ἡμίνα, h. *chemet* quod non ablu dit. Heros, Hercules ἦρω, ἡρωχέης, h. *Chorim* illustres, Herus, Heres κῦρⓄ, κληρονόμⓄ, h. *jarasch* possedit hæreditate. Hernia παρὰ τὸ ἔρνⓄ, formarunt nonnulli, quod significat germen, h. *Har* monticulus. Hio χάινω idem, χάⓄ, chaos; h. *chakach*, idem. Hilaris ab ἰλάω mitigo, hoc verò ab h. *Salach* benignus, mitis f. Hircus, τράγⓄ, h. *Zaphir*, *phir*, *hir*, additâ latinorum

appendice *hircus*. Honos ὄν @ pretium, asinus, h. *Hon* vel *on* utilitas, opulencia, & *Hon* conatus est. Horror, græce etiam glossar. ὀρροτορχεῖ q: horripilatur, juxta prætam: obstupui, steteruntq; comæ, &c. h. *Sabar* rigor pilorum, item *jagor* horruit. Hora ὥρα h. *cheras* splendor. Hortor ab ὕρμη impetus, h. *Raam* idem. Hortus à χόρτ @ herba, h. *Rytapasch* humectatus est. Homo ab ὅμω simul, vel h. *Hamas* humor, quod cognitionem habet cum *Masab* liquefactus est. Hyems χειμα, h. *Kimab* sydus cœleste circa polum arcticum; quidam interpretantur *Oriona*, quidam *Arcturum*, quidam aliud sydus, conf. Amos. 5: 8. Hymnus ὕμνον @, ab ὕδω cerebro, cano, hoc verò ab h. *Heded* jubulum, exclamatio læta &c.

I. Imago, μιμεῖσθαι imitari, h. *Demut*, *Tselem* idem; *Jonia*, *iōnis*, h. *javan* tertius *japeti* filius. Iris ἰρις τῆ ἑρπεν, id est, nunciare, prædicere, h. *Kescheth* arcus. Iste ὅσκει, Hic ὅκει, à quo per ἀπόκ. hic: vid: Jul. Scal. c. 128 de orig. L. L. h. *Hu*. Jubililo, ἰὸ βάλω, est rusticâ voce inlamo, juxta Festum, vel ab ἰὸ voce triumphantorum: superstites enim vitam Apollini acceptam ferebant, canentes eidem præana: ἰὸ, βιῶ, παιῶν; h. *Jobel*, jubulum. &c.

L. Labes, λῶβη damnum, h. *Laab* contumeliâ affectit. Labor, jul. Scal. de plantis ait: Est verbum ad solatium agricolarum; cum enim ad operam se invitarent, dicebant: λάβομεν jam fructum capiamus; ἐκ πόνου γὰρ καρπός, à λαβεῖν fit etiam labium, Becm. de orig. L.L. p. 421. ἔλαβε a. est ab h. *Lacad* accepit, ἔλαχε verò à *Lakach* idem. Lac, olim lacte, lactis. Scal. l. 1. de caus. L. L. à gr. amputatis duabus literis, γάλαξ γάλα.

γάλακτⓄ, γάλα, h. *Gal unda, chalab, chal lac.* Lacer-
 ro, λακίς fissura, λακίζω lacero, h. *Likkefeh* secuit.
 Lacio, ἐλευώ, ἐλεύω, ἐλλω traho, h. *chalaz* laxus f.
 Lacrimæ δάκρυα δ in l, h. *Dacar* transfixit. Lædo δη-
 λέω ὤ, h. *Dalal* exhaustus est. Læna, χλαῖνα vestis
 quâ superinduimur, h. *Kalah* calefecit. Lætus, λαί-
 τⓄ, h. *Aleds* exultavit. Lagena, λάγηνⓄ, h. *Log*,
 nomen mensuræ. Lamentum, ἰάλημⓄ lamentor verò
 ἰαλεμίζω, h. *jalal, dsalal*, g. aliàs, ὄλολύζω, κλαίω &c.
 Lapis, λάας, h. *Sakal* lapidibus obruit. Langveo, χα-
 λάω, Quibusdam, h. *Labab* idem. Lecythus ληκυ-
 θⓄ, h. *Lethech* nomen vasis. Leo, λέων, h. *Labi* i-
 dem. Lessus λέσχη, h. *Ladsah* questus est. Lethum,
 ληθη oblivio, h. *Isat* latuit. Libo, λείβω, h. *Lebibah*
 libum scilicet ἐνκάρδιον. Libra λίτρα, κατ' ἀντίστοιχ.
 Rab. *Litra*, Libya, λιβύη, h. *Lubim*. Lingo, Lingua à λείχω
 h. *Lachach* idem. Lis, ἔρις, h. *Rib*. Lito, λιτή, λιτά
 preces, supplicatio, hinc λιτανεία, λίσσομαι precor. h.
Schaal petit. Locus, λόχⓄ insidiæ, h. *Nacal* insidia-
 tus est. Longus, λόγχη venabulum, h. *Lakach* acce-
 pit. Lugeo, λυπέω, vel λυγγάνω singultio, h. *jagah*
 ululavit. Lyra, λύρα, h. *Nir* liravit, sulcos fecit. &c.

M. Machina, μηχανή, h. *Mechi* machina bellica, à
 R. *Machab* delevit. Macula, πῖλⓄ, *Mahal* inquina-
 vit. Magister, μάγⓄ, vel μέγισⓄ, h. *Mahgim* σο-
 φοί. Magnus, μέγας, h. *Ammiz, Miz* major, prævalens.
 Malva μαλάχη, h. *Malluach*. Malus μαλός exitialis,
 h. *Maal* defectus. Maneo, μένω, h. *Maon* mansio.
 Manus, μανός rarus, h. *Manah* numeravit, distribuit,
 q: digitis partitus est. Item *jad* manus. Mare, mar-
 mor, μαρμαίρειν jaculari splendorem, h. *Marar* amarus f.

Margarita, μαργαρίτης, h. *Mar garith* amara crusta, vel *Bar garith* pura crusta. Massa, à μάσσω pinso, h. *Mazzah* panis absq; fermento. Mastix, μάστιξ h. *Machats* flagellavit. Mater, μήτηρ, h. *Em*. Medius, μέσθ, h. *Middah* mensura. Mensis à μήν μηνός, μήνη, luna, h. *Manah* computavit. Metallum, μέταλλον, h. *Metil* idem. Metrum, μέτρον, *Madad* metatus est. Mico, ἄσγγ splendor, h. *Catham* fulsit. Mille, χίλιοι, h. *Elaph*. Minuo, μινύω, h. *Mana* idem. Misceo, μισγέω, h. *Mastic* idem. Mitra, μίτρα, h. *Mad* vestis, & *Kather* idem. Mollio, μαλάσσω, h. *chamal*, & *mal* mollis fait. Mœcus, μύξα à μύσσω, h. *Mois* idem. Murmur, seu fremitus, βρόμθ, h. *Charak* frenduit. Musa, μῦσα, h. *Musar* disciplina. Musica, μῦσα, h. *Zebub* idem. Muscus, μόσχθ, primum germeo, h. *Eshbec* scrotum. Moveo, μάω, μῶ, cupio, quero, h. *Mot* motus est. Mors μερῶ divido h. *Mir* idem. Mysterium, μυσήριον h. *Sathar* abscondit, *Mistor* locus secretus. &c.

N. Nablum,νάβλα apud Hesych. & Suid. h. *Nebel* instrumentum Musicum. Nares, ῥίνας, h. *Nachar* quod est notæ ejusdem. Nausea, ναυτία jonicè ναυσία à ναθ, navis, h. *Ani* navis, R. *Innah* navigavit. Nemus, νέμθ, h. *cherem* desertum, unde Hermon. Nenia Cic. 2. de leg. Tibicinem prosequuntor, cui nomen nenia ἔσθ. νηνία, h. *Nahab* planxit. Nex, neco, noceo, νέκρθ, νεκρόω, à νε νερετικῶ, & κῆρ cor, h. *Nedsek* noxa. Nidus à νέθ, novus, pullus, h. *Ken* nidus, R. *Kinnen* nidificavit. Nitrum, νίτρον h. *Nathar* subsiliit. Non ηθ, μή ὄν, h. *Lo, im*. Norma, γνώμων, h. *Ken* aptare. Novus, νέθ, h. *Nin* succrescebat. Nox, νύξ, h. *janschup* crepu-

crepusculum. Nuo, νέω, h. No, Ni, abnuit. Nubes, νέφω, ab h. *Aphel* nebulosus f. *Ophel* caligo. Narcissus, νάρκισσος, h. *Ner* lucerna, *Kisse* thronus, q; herba instar fellæ Regum. Nardus, νάρδος, h. *Nerde* idem. &c.

O. Obrizum, ὄβριζον, h. *Ophir* insula auri plena. Ocius, ὠκίος, ὠκίων, h. *Ots*, aut *Chosch* festinavit. Odium, ὠδέω, ὠδω, pello, trudo, h. *Doah* impulit, odiosè rejecit. Olla, ὄλυμι, perdo, consumo, h. *Olel* destruxit. Olor, ὠδή, cantus, h. *Halal* cecinit. Opsonium, ὀψώνιον, Syr. *Aphsanjatcon* idem. Ora, ὄρα, h. *Orach* spatium. Ordo, ordino, ὄρδοω, h. *Tur* ordo. Orion, ὠρίων, h. *Or* lux. Orior, ὀρμαι, ὄρνυμαι excitor, erigor, h. *Oor* excitavit. Os ossis, ὄσεον, ὄσυν, h. *Ætsam* idem. &c.

P. Pabulum, *Palea*, παρὰ τὸ πάλλαιον id est, quaterere, agitare, h. *Belil* pabulum. Palma, παλάμη, h. *Balam* obthuravit, ligavit. Pango, παγγνώω, h. *Paga* impegit, incurrit. Panis à πᾶν, jsid. L. 20. quod sit instar omnis & maximè necessarij alimenti, & cum omni cibo apponatur; h. *Bag*, cibus, R. *Bagah* idem, vel quod Græci ἀρτον dicunt: hinc procul dubio est *Suet*. *Baba* Par, τὸ παρὰ, h. *chabar* comparatus, conjunctus est. Parnassus παρνασός, h. *Harnachsch* mons divinationis. Pars, à μέρος, idem, vel παρ, ante, h. *Parad* partitus est. Pasco, βόσκω, h. *Abas* saginavit. Passer q; à πάσσω inspergo, quia voce mutilatâ est illa avis, vel q; à πασσαλ, Clavus ligneus, quippè instar paxilli est; Hebræa tamen vox est comœdior: *Tsippor* avicula: Pateo, πατήω patina, h. *patach* aperuit. Pater, πατήρ h. *ABidem*, Chaldæis, & Syris *Abba*, Arabibus *Aba*, hinc Germ. *Abt*, Suet. *Abbot*. R. est *Abah* voluit, propensio fuit. Patior, πα

θεώ ambulo, potius πάσχω sustineo, h. *Baath* affectus est passionibus. Pecus à πέκω, vel πόνω, vellus, h. *Bakar* pecus. Pegasus, equus Persei, à πηγή fons, eò quod juxta fontes Oceani fingatur natus fuisse, h. *Pickah* defluxit. Pellex, q: [πάλλαξ ἢ παλλακή] puella, juvencula, h. *Pilagasch* pellex. Pelasgi, q: πελαργοί more ciconiorum vagati; alijs à πέλας propè, & ἀγεῖν, h. *Palach* dissecuit. Pelicanus aut rectius Pelecanus, à πέλεκυς securis, quia rostro semetipsam ista avis vulneret, h. *Palach* disceidit. Pelta, πέληγ scutum, h. pl. *Peladoth* scuta brevia in modum lunæ. Penes, ἔσω interius, h. *Penim* idem quod prius. Pentecoste, πεντηκοστή, Syr. *Benticusti*, quod arguit linguam Græcam N. T. esse originalem. Peraix, nisi à nitor, gr. est πέρπει, qui quovis vento agitur, h. *Schaan* nisus est. Pes πῆς, h. *Bos* calcavit. Pests παρὰ τὸ πεσεῖν, h. *Poth* dispergi. Petasus à πετάω, πετάννυμι, extendo, h. *Pathach* aperuit. Petra πέτρα, Petrus πέτρος, Syr. *Cephos*, non quòd Petrus sit caput Apostolorum ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, ut vult Jsid. l. 7. orig. c. 9. sed quòd vox Syriaca *Cepha* significet πέτρον, λίθον seu lapidem. Phædria, Φαιδρὸς hilaris, h. *Harat* delectatus est. Phrasis, Φράσις, h. *Parasch* exposuit. Pileus, πῖλος, πιλῶ condensò, h. *Aphal* extruxit, densavit. Pinna, πίννα, h. *Pinnah*. Pitho dea persuadendi, à πείθω, h. *Pathah* suasit. Pix, πῖσσα, h. *Dsepath*. Plectrum, ὠλήκτρον, h. *Pilleth* perculit. Potus, πότος, h. *Ob* uter. Pœna, ποινή, h. *Pun* punire. Polire à πολεῖν, h. *Paal* operatus est. Pono à πονέω, ὦ, laboro, h. *Banah* laboravit, ædificavit. Promptum, ἀπὸ τῆς ταμῆς, vel potius h. *Berom* promptuarium. Pflora, ψώρα, h. *Tzara* leprosus f. Pubes,

ἡβη, h. *Abib* puber. Pudor à πύθω puteo, h. *Abasch* putuit. Puer, παῖς Dor. πῶρ, h. *Baba* pupilla. R. *Eob* pupus f. Pulcher, πολέχευρ fortis, h. *Ariel* Leo fortis. Puls, πόλζ @, h. *Pol* fabæ, *oriza*, *pisa* &c.

Q. Quatio, olim κῦδῶ, nunc κῦδᾶζω strepo, h. *Cathath* cudit. Quirinus, Festo alijsq; à Quiris, quod Sabinis est hasta, quam illi gesserant, sed potius à κύρ @, κύρι @, à dignitate & præstantiâ, juxta *Ovid. 2. Fast: Sive suo Regi nomen posuere Quirites*: qui verò quiris vel curis retinent, subsidium habent ab h. *Cari* hasta, à R. *Carab* scidit. Quisquiliæ, *Festus: quicquid ex arboribus minutis surculorum vel foliorum cadit*. *Beem*. Fuit enim quicquid τὸ τυχόν vile est obvium, fortè non consilio. Quis à καὶ ὅς: Qui καὶ ὅ h. *Hu* ille, illud *Hi*, illa &c.

R. Radius, ῥάβδ @, virga, h. *Scharbit* idem. Radix ῥίζα h. *Scharesch* idem. Rapax, ἀραπαξ, h. *Charab* gladius, harpe. Rego, ῥέζω, ῥέξω facio, h. *Arach* rexit. Res, ῥέζω, h. *Recusch* res, ὑπαρξίς. Ricinus, κρότων, Syr. & Arab. *Kerua*, *Kerua*. Rigeo, ῥιγέω, h. *Raga* idem. Rixor, ῥάσσω, ῥαξίς, σύρραξίς confictus, h. *Haras* laceravit, vel *Raaz* dirupit. Robur, ῥώμη, ῥωννύω, firmo, h. *Rohab* robur. Romphæa, ῥομφαία à ῥέπο propendo, h. *Romach* lancea. Ros, ῥός à ῥέω, h. *Rir* fluxit. Rota non tam à ῥέω, juxta nonnullos, quam ab h. *Ratah* giravit. Ruber, ῥυὰς ἢ vitium oculi, h. *Bosch* erubuit. Rumor, ῥῆμα dictum, h. *Rum* elevare &c.

S. Saccus, σάκκ @, h. *Sak*. Sævus, σκαῖος infau-

stus, sinister à σκάζω claudico, h. *Caschal* offendit, a-
 lioquin *Dsaep* lævus. Salus, σά@, vel σό@, h. *Scha-*
lev salvus. Sandalium, σανδάλιον, h. *Sandal* idem. *Sana-*
na, σάν@, & σάννας, h. *Schen* dens, R. *Schanan'* acuit,
 Sapiens, σοφός, h. *Afchap* idem. Sapphirus, σάφει-
 ρ@, h. *Sappir* gemma pretiosa. Sartago vulgaritèr
 ἀπὸ τῆς σαρκός, h. *Mafreth* idem quod prius. Sa-
 tum, σάτον, h. *Seah* nomen mensuræ. Scabo, σκά-
 πτω, h. *Chazeb* fodit. Scala, scando, σκάλλω fodio,
 h. *Syllam* scala. *Nasak* scandit. Scena σκηγή, h. *Scha-*
kan habitavit. Sceptrum, σκήπτρον à σκήπτουμαι ni-
 tor, h. *Schebet* virga. Schola, σχολή, *Schalah* vacavit.
 Scopus σκόπ@, h. *Kaschab* attendit, vel *Schakab* pro-
 spexit. Scorpius, σκορπί@, h. *Akrab* idem. Scutum,
 σκυτό@, cutis, h. *Schotet* flagellum. Scrutor, γρύτη,
 γρυτάρια frivola utensilia, h. *Darasch* quæsivit. Scy-
 phus, σκύφ@, h. *Sippoth* scyphi, pl. *Sebastianus*,
 σέβας@ venerandus, h. *Schibbeach* veneratus est. Se-
 ro, Semen, σπείρω, σπέρμα: h. *Dsava* feminavit. Se-
 ra, σερά καὶ σερά obex, h. *Saar* observavit, *Azar*
 clausit. Seres, σήρες Bombyces, h. *Sericoth* serica quæ
 in ramis fiunt, à *Sorek* furculus. Serpo, έρπω, h. *Ra-*
pa, *Rapas*, idem. Sex, έξ, h. *Schesch*, idem. Septent-
 ιστὰ, h. *Schaba* idem. Sicera, σικερα, h. *Schecar* idem.
 Siclus, σικλ@, h. *Schakel*. Sidus à σὺν & εἶδεν, h.
Sedar ordo stellarum. Similis, ὅμιλ@, h. *Semel* ima-
 go. Sinapi, σίνηπι, παρὰ τὸ σινεῖν ὤπας à læ-
 dendo oculos, h. *Sane* nocuit, odit. Singuli, έκαστοι,
 h. *Segyllab* peculium, singulare. Signum, σημεῖον, h.
Saman signavit. Sinus διν@ girus, h. *Chozan* idem
 fere

fere. Siren, σείρη h. *Schir* cecinit. Sitis, δίψα, τό h. *Schathab* bibit sitiens. Seco, non tam ab έκασ procul, quam h. *Lickesch* secuit. Sol, ήλιος, άλι, h. *Helal* lucifer, R. *Halal* gloriatus est. Solvo q: όλον λύω Jul. *Ces. Scal.* l. 1. de Ling. L. c. 25. h. *Naschal* solvit. Somnus, ύπν, h. *Nom* dormivit. Sto ισάω, σάω, h. *Schathak* placidè constitit. Sphæra σφαίρα, h. *Schaphar*, rotundus f. Spero, σπάρω palpito, quod sperantibus proprium, h. *Sabar* speravit. Stola, στολό, στέλλω mitto, h. *Schathal* insevit, *Schalach* misit. Sulcus, ab όλκος tractus, ab έλω traho, h. *Dsalag* fulcatus est. Sumo, αισιμόω infumo, h. *Dsamam*, ferè idem, item cogitavit. Super, ύπερ, h. *Eber* idem. Surdus, quam άκοφος, potius ab h. *cheresch* idem. Suo, ά σύω potius quam h. *Thaphar* fuit: Composita enim prioris κασούω, καττύω adhuc sunt in usu. &c.

T. Tabes, τήξις ά τήκομαι tabesco, h. *Daab* contabuit. Tabula, τάσις tentio ά τείνω, hoc ab h. *Schatach* dilatavit. Talpa σπάλαξ, h. *Charorperoth* ά charar fodit. Tapes, τάπης, h. *Atar* amictus est. Taurus, ταύρος, h. *Thor* Bos. Tendo, τένω, h. *Natab* idem. Tener παρά τό τείνειν, vel ab h. *Farach* planè idem quod prius. Tergo, τέρσω, siccò h. *Garad* idem quod prius. Terminus, τερμής, τέρμα meta, h. *Thamar* palma. Torus τορός penetrans, validus, h. *Mittah* lectus, R. *Natab* extendit. Terreo, ταράσσω, h. *Dahar* idem. Thorax, θώραξ h. *Thachara* idem planè. Thronus, θρόνος, h. *dalach* calcavit. Tiara, τιάρα, h. *Atar* cinxit. Timor παρά

τὸ τιμᾶν, h. *Dabam* timuit. Tollo, τολᾶω patior, sustineo, h. *Tala* sustulit, *Natal* idem. Torqueo ἀπὸ τῆς πτόρθου id est, inflexo, curvo, h. *Scharar* torfit. Tremo, τρέμω, h. *Resbeth* tremor. Throcus, τρόχⓄ à τρέχω curro, h. *Darach* calcavit. Tu, σὺ, h. *Atiha* idem. Tumeo, à τύμβος sepulchrum, h. *Tabbur* locus eminens. Tunica, χιτῶν h. *Ketonath* idem. Turba, τύρβη, h. *Harbeh* multitudo. Turris, τῦρῆις, h. *zur* idem ferè, *petra*. Thus à θύεω, h. *Necoth*. Typus τύπⓄ, h. *Tapar* pulsavit, *Top* tympanum. &c.

V. Vallo, βάλλω jacio, h. *Palach* diljecit. Vellus, ἀγέλη grex, εἶλω, εἰλέω verso, cogo, h. *Meil* tegumentum. Venio, βάνω scando, h. *Bo* idem. Venter, έντερον, h. *Batan* idem. Vestis, ἐσθῆς h. *jaat* vestijt. Video, εἶδω, εἰδέω, scio, h. *jada* novit. Vinum, οἶνⓄ, h. *jain* idem. Virtus, ἀνῆρ vir, h. *Isch* idem. Uber, Unda, ὕδωρ h. *Matar* irrigavit. Volo, ἤδω delecto h. *Adan* voluptate affectus est, unde *Eden* hortus. Urbs, ὄρⓄ terminus, h. *ir* civitas. Uro à πῦρ ignis, or lux, &c.

X. Xenodochium ξενοδοχεῖον, h. *Dson* divertit in hospitium.

Z. Lizanium, ζιζάνιον Syr. *Dsidfane*, h. *zizab* flos *Zona*, ζώνη, h. *jdsen* cinxit. &c.

Et tantum de Exemplis, quibus Lingvã Latinã è grãcã & hebrãã derivari ostenditur, hic loci locuto sufficiet. Objectionibus Goropij & Phochenij nunc paucis respondebo.

XV. *Primum* argumentum *Goropius* se putat petere ab absurdo, cum tamen ipsum sit absurdum, quum non reliquas modò lingvas, sed & ipsam hebræam suâ, & Cimbricâ posteriorem asserat, quia multæ sunt voces hebræis, græcis, latinis consonantes. Colligam argumentationem in formam, ut appareat consequentia. Quæcunq; lingua vocibus gaudet hebræis, græcis et latinis consonantibus, ea est Originalis; at Cimbrica lingua talis est. E. Responsio Lipsij Ep. 44 ad Belgas infringit Majorem propositionem, quâ dicit: *Non magis hoc arguit à nobis illos, quam nos ab ijs sumpsisse. Fattendum sanè est, & ego observo, ut ratio communis hominum, sic & verba alibi esse: sive traductione & gentium mixtione, sive casu potius, an genio administrante.* Et paulò post: *Imò, contra ego certius dixerim, quedam à Latinis sumpta, cum ij imperium in nostras has oras promoverent, & simul ad limites Germania utriusq;. Quis abnuet vinum, oleam, ficas, & talia ab ijs ducta, cum nec rem ante haberemus?* Et quæ post dicit, vera sunt non nisi de lingvis derivatis ab his tribus: *Satis docui, ait, & ante me alij, miscellas inter se lingvas esse: nec firmum id telum, quo de primatu pugnent.*

XVI. Alterum ejus argumentum hoc est: Quæ simplicissima ea antiquissima. Talis est nostra lingua. E. Minor p. Quia tota ferè monosyllaba est. R. Ast Major vacillat, quam firmissimam esse credit: *Si enim, verba sunt iterum Lipsij, in rerum naturâ & geniturâ manes, fateor simplicia præire: non idem in sermone, si cum altero comparetur: neq; enim iste talis & talis à natura est, sed ab instituto, arte, casu. En tamen positioni se annuam, nec sic obtinebit: nam Sinenses (forte CHINENSES) ecce plerâq; voces hodie unisyllabas habent, eaq; varia signifi-*

gnificationis (ita ex ijs locis scribunt) nec nisi accentu aut tono in pronuntiando discernendas. Hæc ille. Nec statim in hæc naturæ universitate, ut rectè monet *Becmanus*, de propr. sign. voc. p. 33. quicquid simplicius etiam prius est: Anima enim nostra simplicissima est, non tamen vel hoc universo vel corpore suo, si prima origo repetatur, prior est. Atomi sunt minima & simplicissima corpora; non tamen priores toto aliquo corpore, vel ante hunc mundum fuere, ut perperam *Democritus* lusit. Quod linguam attinet: *Lacones* omnium maximè brevitati sermonis studuerunt, inde proverbio notati; quippè qui sapiùs proluxæ orationi unicâ vocalâ *Si*, aut simili, responderunt, non tamen fuerunt antiquissimi populi, vel genere, vel sermone. Deinde neq; propositio Minor καὶ ὄλα est: in plerisq; enim efficit pronuntiatio nimium velox & mutila, ut voces unius syllabæ esse videantur, cum reapse non ita sint, studet enim ea gens vocalibus sæpe uti, & parcere mutis, cum contra faciant *Poloni*; ubi vocales ibi syllabæ efferuntur, alibi liquidæ, alibi præmorsæ, præsertim à vulgo. Quod verò multa monosyllaba in eâ lingvâ audiantur, id commune habet cum alijs; fitq; ideo, quò inventores studiosi brevitatis fuerint, & multa vocabula decurtarint & corruerint; ita quidem, ut longior aliqua vox brevior facta & contracta, sit ejusdem cum illâ significatûs.

XVII. *Tertium* ἐκ περισσῶ addit *Goropius*: verba quæ rerum significandarum naturam quàm optimè imitantur, sunt optima & purissima. Ast nostra & Cimbrica id faciunt E. Major p. quia inter signum & signatum quò major analogia, eò melior. Min. p. quia sunt breviora. 3. 1. Minor cum sua probatione αὐτῶν ἐστ:

contra

contrarium enim est verum. 2. Retorqueo igitur: Longa potius quam brevia id præstant E. Ultra proportio enim major, eane, sit quæ inter syllabam unam & rem: an illa quæ inter plures syllabas & rem eandem est, judicent cordati: ut namq; plures lineæ clariùs rei imaginem exprimunt; ita plures literæ & syllabæ ipsam rem liquidius significant, quàm una. E. g. Heb. Jehova, est vox significantior voce Germanorum Gott/ vel Suecorum Gudh; illa enim notat, qui est, & fuit, & erit, hoc est, æternum simul & infinitum; hæc verò tantùm bonum. Sic Græcorum ἐπιχέριον, signantius est quàm Latinorum capere; quia & modum per ἐπι, & organon, id est, manum, & ipsum tactum capiendi includit.

Rationibus Pfochenij, negantis ullam aliam ex hebræâ linguam posse oriri, in dissertatione de lingvâ hebræâ, volente Deo, respondebo.

Et tantùm de Lingvæ latinæ originatione.

XVIII. II. Puritatem lingvæ latinæ illustrat oppositio, commendat quoq; variorum scriptorum classicorum autoritas. 1. Opponitur a, ei α. Barbarismus, qui est contra Romani sermonis legem, aut scripta, aut pronuntiata vitiosè dictio. Fitq; non solum adjectione, detractione, mutatione, transpositione literæ, syllabæ, temporis, Sed etiam fictione vocis à classicis non usurpatæ. Barbarus, teste Strabone l. 14. olim significabat qui pronuntiatione insuavi, blætorum balborumq; more, utebatur. Hinc Cic. ad Heren. Barbarismus est cum verbum aliquod vitiosè effertur. Quum Græci hoc vitium in peregrinis lingvis animadverterent, eos per convitium βαρβαρῶν appellare coeperunt, q; crassiloquos: tandem verò o-

mnēs, qui diverso ab illis sermone uterentur, hoc nomine salutati sunt, Græcisq; barbari opponuntur à Plutarcho, Philostrato, Curtio alijsq;. Conf. 1. Cor. 14. v. 11. Simul & Latinis, Cic. de Fin. *Non solum Italia & Græcia, sed etiam omnis barbaria commota est.*

XIX. Derivationem vocis quod attinet, quidam scripserunt peregrinos homines Athenis lingvam græcam discētes, quum aliquid ex eâ proferre conarentur, in hanc vocem βάρβαρος subinde incidere solitos. Verum *Becmano de orig. Lat. ling.* potius adstipulor, qui pag. 134. hanc Etymologiæ rationem tradit, quod soli Numidæ legitimâ voce Arabibus *Elbarbar*, quod apud eos murmur significat, nominentur: quippè hoc est illis objectum ab his, proptereâ quod utantur inculto sono. Approbat etiam, & quidem magis, eam notationem, quâ Barbari ita dicti sint à locis desertis, *Barbar* enim Hebræis desertum, & *Barbyrim* 1. Reg. 4. notat gallos sylvestres. ut *Barbarus* in summâ sit ille, qui vitiosè loquitur aut scribit voces, ut h. l. latinas; item agrestibus est moribus, ferus atq; inhumanus.

XX. β. *Solæcismus est impar & inconueniens compositura partium orationis.* Gell. Lib. 5. c. 20. vel *Solæcismus est cum pluribus verbis consequens verbum superiori non accommodatur.* Cic. ad Heren. Cujus exempla inveniuntur apud Donatum alijsq;. Dictus solæcismus est, ut in vitâ *Solonis* notavit Laërtius, à colonis quibusdam Atheniensibus, quos in *Solos* ciliciæ urbem transtulit Solon Salaminius: qui quum patrij sermonis nitorem obscursâssent, & parùm convenienti partium orationis structurâ uti cœpissent, factum est, ut qui ea in parte peccarent, *σολοικίζεν* dicerentur. Utriusq; vitij exempla inuenies in Prisciano vapurante. XXI. Hic

XXI, Hisce duobus morbis, Scholasticorum κακο-
 λογίας contagione longè lateq; propagatis, medicina
 Clarissimorum virorum, paulò ante B. Lutherum, adhi-
 beri cœpit: Fluebat enim *Laur. Valla* patritij Romani
 temporibus, qui seculo 14 vixit, sermo latinus, sine le-
 ge, sine ullâ prisca puritatis observantiâ, grassabaturq; totâ
 Italiâ Germaniâq; barbaries: quæ restringi ac ejjicere om-
 modè non potuit, nisi sermo maximè proprius & lati-
 nâ lingvâ principibus familiaris, loquendi præceptis
 formam daret. Itaq; idem *Valla* vir raræ Eloquentiæ,
 & simul, ut Lutherus eum nominavit, primitivæ Ec-
 clesiæ vel reliqua scintilla, vel nonnullus fomes, ut in
 antiquum statum rem latinam restitueret, suas præce-
 ptiones de Lingvâ Latinæ Elegantiâ 6 libris compre-
 hensas, ad mundissimam phrasin accommodavit: non
 quòd statim suspectum atq; alienum haberet, si quid a-
 litèr quandoq; ab authoribus esset prælatum; sed ut
 libero nimis sermoni circumdaret limites, ostenderetq;
 intra quos terminos consistere pura elegantq; oratio
 deberet. Et quoniam non doctrinam modò Monacho-
 rum, in libro de donatione Constantini, sed & latinita-
 tem eorum, quippè corruptissimam, severissimè castiga-
 vit, non mirum videri debet, quòd à pontificijs etiam num
 malè audiat. Unde Johannes Trithemius Abbas Span-
 heimensis, hoc de seo Elogium probat: *Quid ille censor
 latinæ lingvæ mordacissimus Laurentius Valla, dirâ & exa-
 ctâ suâ reprehensione sibi peperit, quid, inquam, laudis aliud con-
 secutus est post fata, quàm quod de eo juxta merita, pulchrum
 illud Epigramma confectum legitur & predicatur ubiq;?*

Nunc postquam manes defunctus Valla petivit,

Non audet pluto verba latina loqui.

Iuppiter hunc cœli dignatus honore fuisset,

Censorem lingvæ sed timet ipse sua.

XXII. Verùm apologiam Elegantijs ejus præfixam scripsit *Ioachimus Claudius* his verbis: *Atqui si fingamus, ante Vallam neminem hâc reprehendendi libertate usum: tamen ei condonandum erat, si homo egregij spiritus, vehementiâ contentionis, quam pro latina lingvæ puritate majestateq; summis laboribus susceperat, paululum extra modestiæ fines provectus esset. Quare de hoc insigni, ac primo, quod sciam, post oppressam barbarie Italianæ, Romana Elegantiæ adsertore, honorificè sentiendum existimo.* Surrexerunt mox alij, Grammaticorum istius ætatis longè principes, qui non modò copiosè, verùm & singulari judicio, exemplis authorum ostenderunt, partim ubi sine periculo à Vallæ præceptorum rigore liceat recedere, eademq; cautè limitare; partim quomodo emendatissimus latini sermonis stylus queat obtineri, quales fuerunt: *Ioannes Theodoricus, Asconius Pedianus, Alexander ab Alexandro, Joan. Despauterius, Perottus seu author cornucopiæ, Guiljelmus Budæus, Andreas Alciatus, Thomas Linacer, Franciscus Floridus, Stephanus, Doletus, Gilbertus, Longolius* alijq; quibus, & hi accenseri possunt **Lexicographi**: *Ambrosius Calepinus, Soranus, Corvinus, Dasypodius, Antonius Popma de differentijs verborum &c.* De scriptoribus autem priscais nunc non est sermo, quales sunt: *Nonius, Marcellus, Fulgentius Placides, cœteri*q;

XXIII. Imprimis verò erant ingenij præstantissimi summæq; viri Eloquentiæ, *Philippus Melanthon, Germaniæ phoenix, & Erasmus Roterodamus,* qui illustravit **Brabantiam**; ambo enim hi seculo XV. relictas priorum

rum temporum styli latini scorias, è literarijs officinis expurgârunt accuratissimo studio; vapulavit namq; adhuc in omnibus facultatibus miser Priscianus, antiquissimus ille Grammaticus, Imp. Justiniani *ὀυγγρον*®, habuit hic misère, ideoq; ut est in dramate Frischliniano, passim locorum ictus, punctus & verbera perpeßus innumera, remedium quærit primùm à philosophis quidem sed egregiè vapulans mittitur ad Medicos; hic multò factus quàm ante fuerat, ægrior, Medicis grandem impiogit apud iudices dicam; ubi in latrones longè atrociores incidit, quippè qui jus queritantem excipiunt indignissimè. Quare animam agens solatium petit à Theologis, ibi lapidatus propè animam egisset planeq; extinctus, nisi ope Erasmi & Melanthonis fuisset restitutus.

XXIV. II. Scriptores latinos, & hujus lingvæ fundatores, quod attinet, sunt hi vel antiqui vel recentiores, illi quidem, & vel ante natum Christum floruerunt, quales fuerant: Ennius, Plautus, Terentius, Cicero, Salsustius, Virgilius, Horatius, Ovidius, Cornelius &c. 1. *Ennius* Poeta Tarenti natus est, A. M. si Funccio credimus, 3726. multoties à Cicerone cum in Oratore tum alibi citatus: Cujus etiam scripta recensentur apud *Nonium*, utpote: *Medea Menalippa, Hecuba, Telamon, Achilles, Thyestes, Alcmæon, Cresphontes* &c. Apud *Festum*: *Erechteus, Alexander, Iphigenia, Andromeda, Telephus, Andromacha, Ajax, Afoda*. Et apud *Macrobium*, *Sabinarum quartus*. Reliqua perierunt, utpote *Annales P. R. Bellum punicum secundum, & Tragædiæ*, tantùm sententiæ quædam horum apud *Ciceronem* extant. Fragmentum *Sex. Pompeij ex Ennij Erechteo* hæc habet: *Lapideo*

pideo sunt corde multi, quos non miseret neminis. Et Augustinus de Civ. D. L. 2. c. 21. hunc ex illo versum adducit :

Moribus antiquis res stat Romana virūq̄.

Ludovicus vives in hunc locum commentans, ob gravitatem scriptoris, in animo sibi fuisse dicit fragmenta Ennij è varijs scriptoribus colligere, & in unum veluti corpus dispersa redigere; sed præstitit hanc operam Robertus Stephanus, fragmentis illis ab Henrico Stephano evulgatis. Scipioni Africano cum primis familiaris fuit hic Ennius, eumq; in bellis semper comitatus est, sic ab eo vicissim honoratus, ut Statuam Ennij imponi sepulchro suo jusserit. Unde Ovid. l. 3. de Arte;

Ennius emeruit, calabris in montibus ortus,

Contiguus poni Scipio Magne tibi.

Eandem cum Nasica necessitudinem ejus demonstrat locus Ciceronis L. 2. de Oratore. Decescit articulari morbo, septuagenario major, olympiade 153. ut est apud Eusebium, cujus tumulo incisum hoc Epitaphium, ab ipso conditum, memorat lib. 1. Tuscul. Q. Cicero:

Aspicite ô Cives senis Ennij imaginis formam,

Hic vestrum finxit, maxima facta patrum,

Nemo me lachrymis decoret neq; funera fletu

Faxit, Cur? volito, vivus per ora virūm.

Unde patet ejus tempore non tam poeticum quàm oratorium (de quo Cic. l. 3. de oratore) metrum fuisse usurpatum. Plura de hoc Ennio Suidas. Fuerat & alius Ennius Grammaticus, qui scripsit de literis, syllabis & Metris, item de disciplinâ augurandi, ut tradit Suetonius Tranquillus. Alius item erat M. Ennius Flaccus

Ciceroni fidissimus, ut ex hujus Epistolis constat. Alius vicissim M. Ennius Mundus refertur Ciceroni ad Atticum. Quidam etiam hujus nominis, sed calumniator apud eundem extat pro A. Cluentio.

XXV. 2. *Plautus* circa eadem ferè tempora floruit, quippè mortuus Romæ olymp. 145. qui propter annonæ difficultatem, ad molas manuaris pictori se locaverat, ubi, quoties ab opere vacaret, scribere fabulas & vendere sollicitus consueverat. Hunc authorem ex ignorantia multi averfantur atq; legendum fastidiunt, cujus comœdiis si, sicut alijs quàm plurimis libris, carendum esset, multi (judice Henrico Stephano in dissert: de Latinitate Plauti) illarum desiderium ferre se vix posse conquererentur; cum tamen per plurimum humaniorum literarum studiosi, eam illarum partem, quæ tanquam paucæ ex naufragio tabulæ, servata est, pro derelictâ habent. Alii enim ne videantur esse tædiosi antiquarii, & obsoleti sermonis characterem eligere, lectione ejus supersedendum putant, perinde ac si omnia illic quodam vetustatis situ forent obducta, & loquentem *Evandri* matrem essent audituri. Alij mendosas causantur editiones. Nec desunt qui sequiore Horatij de Plauti numeris & salibus sententiâ seducti, præjudicio quodam tantum scriptorem, & indictâ causâ damnant. Quibus ordine & pro dignitate occurrit laudatus *Stephanus*, & quidem primis: Si novitatis amatores sint, antiquam phrasin vel eo nomine, quod suis auribus planè nova sit, amare ipsos conveniens fuerit. Coeterum, credentes Plautini sermonis antiquitatem perpetuam esse, oppidò falluntur. Secundorum querelæ de mendis respondet, quærendas esse recentiores typographorum edi-

tiones fidem vetustissimorum exemplarium secutas. Neq; nullam emendatorio huic labori operam elocavit, indeq; laudem retulit Fridericus Taubmannus. Ad Tertios quod attinet, Horatium Horatio opponit, seq; ostendere posse ait, Ciceronem quædam Plautina velut in deliciis habuisse, atq; adeo docere, illum ipsum poetam, qui ita comico detrahit, lubenter ejus latinitatem, aut certè eandem, qua usus ille est, usurpare. Prætereà ita differit de stylo Plauti: *Ad Plautinam latinitatem quod attinet, in illis judicium desidero, qui ab hac se abhorrente, Terentianam autem summo perè delectari dicunt. Quum enim pars hujus non minima ex illâ proflexerit (quod exemplis probare non difficile mihi esset) perinde faciunt, ac si rivis delectarentur, à fonte autem, ex quo pars illorum manasset, abhorrent.* Et post pauca: *Verum, ut talia de vetustis scriptoribus judicia missa faciam, dissimulare nolo, hereditarium mihi eum, quo Plautum prosequor, amorem esse: quum hic Comicus patri meo, antequam ad ingravescentem ætatem pervenisset, omnium latinorum scriptorum post Ciceronem, et charissimus, et (quantum licebat per ea que tum temporis superpetebant exemplaria) notissimus fuerit.* Gallos certè præ quibuslibet aliis populis, Latinitatem Plauti amare par est, quod in pluribus loquendi generibus major sit ejus sermoni cum Gallico, quam cum alio ullo affinitas: et quidem ita, ut voces etiam pleraq; propemodum eadem utrobique audiantur. Porro, ostendit in eadem dissertatione Henricus Stephanus, quomodo hujus Poëtæ lectionis remoræ, quas exemplarium depravatio afferre potest, tollantur, præsertim ex editionibus postremis, quod præstabat æ. cavendo falsas interpunctiones & turbatos literarum ordines. E g in *Sulularia: Nam si opulento sit petitum pauperioris gratiam,*

pro: Nam si opulentos et petulum. β. Monstrando quarundam antiquarum vocum ignorationem; menda in quosdam locos invexisse; ut *divitia* pro *dividia*, in *Bacchid.* Act. 4. Sc. 9. *Cave tibi ducenti nummi divitia fiant.* γ. Indigitando etiam voces Plautinas non esse vel æqualitèr diligendas, vel usurpandas promiscuè, de quibus sic dixerit: p. 389. *Expedit autem lectorem, qui in Plauti lectione Tyro est atq; rudis, de talibus etiam emendationibus esse pramonitum, ne stultà quãdam credulitate, illa etiam qua latinitas ferre nullo modo potest, prisca sermonis consuetudini adscribat, Sunt certè loci nonnulli, ubi pro vocibus non suspectis, posita in recentioribus editionibus fuerunt, quæ suspecta cuiquam esse queant, ut obnoxiosi in Trinummo: Magis queis sunt obnoxiosi quam parentes liberis. Quamvis enim in multis vocabulis hanc terminationem prisca latinitas amaverit (aded ut etiam inopiosæ pro inopes in pænulo legamus) in hoc tamen magis mira et insolens videri queat; præsertim quum priores editiones habeant Obnoxij. δ. Et alia monendo in Sexcentis exemplis, de quibus consulatur ipse.*

XXVI. 3. *Terentius* floruit Maccabeorum tempore. ferme circa annum M. 3800, habuitq; coætaneum sibi *Ennij* ex filiâ nepotem *Pacuvium*, Tragediarum scriptorem. Inter multos *Terentios* cum grammaticos, tum Ictos, aliosq; de quibus *Glandorpius* in onomast. excelluit *P. Terentius Afer*, Comicus, *Terentij Lucani* Senatoris Libertus. *Eusebius* de eo ita ait: *P. Terentius Carthagenensis, comædiarum scriptor, ob ingenium et formam libertate donatus, moritur in Arcadia; qui primam Andriam antequam Ædilibus venderet, Cæcilio multum se miranti legit. Alius donatus ita: Publius Terentius Afer, Carthagine natus, servivit Romæ Terentio Lucano senatori: à quo ob in-*

genium & formam, non institutus modò liberalitèr, sed & matu-
rè manumissus est. Genuinam Latinitatem ejus qui Antver-
piano Exemplari præfatur, his verbis commendat: Nullus
est omninò scriptor in Latinâ lingvâ, quem tantoperè cognosci
edisciq; retulerit, atq; Terentium: Nam cum prima virtus in o-
ratione sit, propriè loqui, nec proprii sermonis artificem meliorem
Terentio habeamus, dignus planè est, in quo perdiscendo pluri-
mum operæ ac studij ponamus. Et ab ijs, qui docent pueros, su-
persolitiosam etiam diligentiam in hoc auctore enarrando requiro.
Hujus Terentij verba, citat *Augustinus* Tom. II. fol. mihi
18. lit. B. Nescio enim inquit, utrum Christiana amicitia putan-
da sint, in quibus magis valet vulgare proverbium: Obse-
quium amicos, veritas odium parit, quàm Ecclesiasticum:
Fideliora sunt vulnera amici, quàm voluntaria oscula inimici.

XXVII. 4. *M. Tullius Cicero*, natus A: mundi 3860, Phi-
losophiæ & cumprimis Eloquentiæ studiosissimus, pri-
mum inter Oratores omnium ætatum Romanos locum
obtinet, ut mirum sit transiri in multis Academijs limpi-
dissimum flumen hoc, & rivulos solùm captari: quàm es-
nim sit excellens scriptor *Cicero*, nemo est eorum, qui in
ejus libris versati sunt, qui non intelligat, probetq; illud
tritum: is mihi multum in lingvæ latine studio profecisse vi-
detur, cui vel placere saltèm *Cicero* capit. Tale namq; de
Eloquentiâ ejusdem extat judicium *M. Fab. Quintil. lib.*
10. c. 1. Mihi videtur *M. Tullius*, ait, cum se totum ad imitatio-
nem Græcorum contulisset, effinxisse vim *Demosthenis*, copiam
Platonis, jucunditatem *Isocratis*. Nec verò, quod in quoque opti-
mum fuit, studio consecutus est tantum, sed plurimas, vel potius
omnes ex seipso virtutes extulit immortalis ingenij beatissimâ
ubertate: Non enim pluvias, ut ait *Pindarus*, aquas colligit,
sed vivo gurgite exundat, dono quodam providentiæ genitus,
in quo

in quo totas vires suas Eloquentia experiretur: nam quis docere diligentius, movere vehementius potest? Cui tanta unquam jucunditas affuit? ut ipsa illa qua extorquet, impetrare eum credas, & cum transversum vi sua judicem ferat, tamen ille non rapi videatur, sed sequi. Iam in omnibus qua dicit, tanta auctoritas inest, ut dissentire pudeat: Nec advocati studium, sed testis aut judicis afferat fidem. Cum interim haec omnia, qua vix singula quisquam intentissimam curam consequi posset, fluunt illaborata: & illa, qua nihil pulchrius auditu est, Oratio, praese fert tamen felicissimam facilitatem. Quare non immerito ab hominibus aetatis suae, regnare in judicijs dictus est. Apud posterum verò id consecutus, ut Cicero jam non hominis, sed Eloquentiae nomen habeatur. Hunc igitur spectemus: Hoc propositum nobis sit Exemplum: **ILLE SE PROFECISSE SCIAT, CUI CICERO VALDE PLACEBIT.** Augustinus, qui lecto Ciceronis Hortensio excitatum se fuisse ad ardorem Philosophiae ait lib. 8. confel. c. 7. summis eundem laudibus ob linguam & stylum passim evehit: Cicero magnus author Eloquentiae, inquit, Nobilis locutor, qui tantam & tam germanam habuit Latinitatis puritatem, ut caeterorum omnium norma extiterit, & posteris perpetuum incorrupta lingua reliquerit monumentum. E recentioribus, Ciceronis laudum buccinator egregius est, qui integram ejus concinnavit historiam, Franciscus Fabricius Marcoduranus, qui in sua Epist. ad Lect. *Esi verò, ait, suam cuiq; laudem tribuere libenter soleo, nec est meum, qui ingenio admodum exiguo, & judicio pertenui sum, temerè de veterum scriptis pronunciare: quia tamen viris summo ingenio, judicioq; acerrimo praeditis ita non solum hoc tempore, sed & jam olim persuasum esse video, M. Tullium Ciceronem, in omni doctrina genere & Eloquentiae laude tantum praestare, ut post homines natos ejusmodi nemo,*

apud Latinos quidem certè, unquam fuerit; his etiam temporibus talis nullus inveniatur, nec in posterum tanta excellentia in quoquam sperari posse videatur. Jo: Henricus Bœclerus in dissert. de Lingvâ Novi Test:ti unico notaturus caractere Classicorum quorundam ingenia, cohonestavit initio, *Ciceronis flumen*, dein *Livij ubertatem*, *Taciti magnificam Novitatem*, *Nepotis puritatem*, *simplicitatem Cæsaris* &c. Hunc & ego Eloquentiæ Rom. fundatorem sex annos in hac jam Acad. Professus sum. Quod vitam ejus attinet, quanquam homo novus esset, ait Glandorpius in onom. Rom. summos tamen honores à populo facile consecutus est. Consulatum cum C. Antonio gerens, Catilinæ conjurationem oppressit. Itaq; Q. Catulus patrem patriæ nominavit, & L. Gellius illi civicam coronam deberi dixit. Pulsus in exilium à Clodio Trib. pl. summo cum honore restitutus est. Post cædem Cæsaris cum in Antonium populum Rom. armasset, ab eodem Triumviro proscriptus & occisus est A: ætatis 63, ut scribit, citante *Tacito in dial. de orat.* Tiro Liber-tus, qui tribus vitam Cic. voluminibus descripsit. Vitam quoq; ipse suam propemodum narrat in fine *Bru-ti*. De morte Ciceronis diversæ auctorum diversorum narrationes extant apud *Senecam* in *svalorijs*. Unde Ciceronis nomen derivatum sit, quoddq; habuerit avum & patrem cognomines, & plura ad Historiam ejus pertinentia, antea in lectionibus à me publicis ostensa sunt.

XXVIII. §. C. *Iulius Cæsar* Cicerone quadriennio Junior ferè, ut è *Chronol.* *Funcij* colligitur, utraq; felicissimus, Historiæ scilicet & lucidissimi styli famâ, illam celebrabat *Solymanus Ottomannus* Turcarum Imperator, teste *Jacobo Strada* cive Romano, qui tot tantosq;

Carols

Caroli V. conspicatus triumphos atq; rerum progressus, intellixit librum ab eo quotidianâ lectione teri, cujus præceptis ad suum commodum in rebus bello paceq; gerendis continentèr uteretur: esse verò eum ipsos *C. Julij Cæsaris Commentarios.* iussit itaq; barbarus varia è Christianis afferri exemplaria, veritus ne sibi suppositivus aliquis, aut alioqui, non omninò idem liber obtruderetur. Collatione factâ curavit Cæsarem quàm commodissimè verti in linguam sibi familiarem Arabicam, quem tanto studio ac sedulitate cœpit evolvere, ut facile apparet, hujus operâ adjutum multis facinoribus bellicis, tam à se per strategemata, quàm justo Marte editis inclaruissè. *Hunc* verò, puta stylum, nemo nisi malevolus carpit: vigore enim animi & eloquentiâ longè antecelluit, sveltus simul scribere & legere, dicere & audire; quin imò nullus (dicente Eutropio) celerius scripserit, nemo velocius legerit. Cicero facundiam ejus unâ cum reconditis & exquisitis vocibus ita commendat, ut illum in numero Oratorum ponat. *Paterculus* Ciceroni proximum facit. *Quintilianus* eodem animo scribit dixissè quo bella gessit, vim scilicet in dicendo & concitationi junctum acumen exprimens. *C. Tacitus* divinum ingenium & singularem Orationis splendorem ei tribuit; idem *A:* ætatis 21 *Dolabellam* accusassè memorat. In verbis quoq; eligendis admodum erat accuratus, & insolentioris locutionis osor, ut liquet ex libris de Analogiâ, quos ad *M. Ciceronem* scripsit, è quibus *Gellius* l. 1. c. 10. hæc citat: *Habe semper in memoria atq; in pectore, ut tanquam scopulum sic fugias inauditum atq; insolens verbum.*

Scriptit

Scriptit etiam, ut innuebam, Rerum à se gestarum commentarios, & quidem in medijs bellorum tumultibus confectos: oppressâ enim Republicâ Rom. primus singulare imperium ceu 4:ta Monarchiæ fundator, obtinuit annis 5. Reliquit autem 7 belli Gallici & 3 de bello pompejano libros, nam coeteros ab Eutropio & Hirtio scriptos constat. In disciplinis Mathematicis quantum præstiterit, indicio sunt, eum libri ejus de astris eorumq; motu, Græcè scripti, teste *Macrobio* & *Plinio* hist. tum anni castigatio, quem incuriâ pontificum depravatum, adhibito *Sofigene* correxit, eumq; cum antea Lunaris fuisset, ad solis motum accommodavit. Quam operam ejus adeò conducibilem judicavit posteritas, ut hodie, tot evolutis seculis, non alia temporum utamur descriptione, quàm juliana. Tandem in senatu conjuratione Bruti & Cassij oppressus, vulneribus 23 confossus interiit A. ætatis 56, ante natum Christum 40 ferè annis; cujus ductu undecies centum nonaginta & duo millia hostium, exceptis civilibus bellis, cæsa sunt, teste Eutrop. Celebritate a. tantâ usus est, ut Cic. illum *regas* seu prodigium vocet l. 8. ad Attic. Ep. 9. Quantum interea Romana monarchia hodieq; debilitata est, ex collatione ejus cum imperio Juliano patet: illud enim decem Regnis amplissimis, teste *Funccio* constabat, qualia fuere præter Asiam & Africam in specie sic dictas, Ægyptus, Syria, Græcia, Illyria, Italia, Gallia, Hispania & Britannia, quibus solus Cæsar præfuit. Mortem ejus varijs signis prænunciatam divina statim ultio subsecuta est; Stella crinita horrendæ magnitudinis septem noctes; solis præterea lumen caligine obsessum magno mortalium metu apparuit, unde aeris magna intemperies maximaq; frugum cruditas exiit. *Plu-*
sarch, in vita Calj Cæs.

XXIX. 6. *Salustius Crispus*, natus *Amiterni* in *Sabinis*, circa A. M. 3879. *Salustiorum* nomen & familiam maximè nobilitavit. Hic inter summas voluptates corporis, quod mirandum, studia literarum sectatus est; instructus autem per ætatem liberalibus disciplinis, ad Remp. se contulit, gessitq; primùm *Quæsturam*, deinde & *Tribunatum* obtinuit, tandem quoq; *præturam*. Et quamvis libidine & avaritiâ infamis, tantâ tamen concinnitate P. R. historiam contexuit, ut isto labore & diligentia multum sibi laudis apud omnes eruditos pepererit; hinc verissimè de illo *Martialis* cecinisse judicatur;

Hic erit, ut perhibent doctorum corda virorum,

Primus Romanâ Crispus in historiâ.

Doctis summoperè laudatur illius in dicendo brevitatis. Ac *Seneca* in *controv.* 9. cum *Tucydide* illum conferens, *Græco homini aliquid addi posse fatetur*, *Salustio* nihil demum posse dicit. Idem sentit *Quintilianus*, *Salustianâ* illâ brevitate nihil apud aures vacuas & eruditas perfectius esse contestans. *Tacitus* Florentissimum authorem, *Gellius* verborum Novatorem concinnum vocat. *Ciceroni* non parum infensus fuisse proditur; in rebus gestis tamen ejus memoriæ tradendis nihil affectibus dedit, sed quæ potissima lex est scribendæ historiæ, constantè veritatem professus est. Quamobrem à *D. Augustino*, pulcherrimo decoratus elogio, *veritatis historicus* & *electissimus pensator verborum* appellatur T. 1. p. 115. Quinimò, idem comparatè de eodem T. V. L. 2. de *Cic. D. c.* 18, sic ait: *Dicit deinde plura Salustius de Syllæ vitij, ceteraq; fæditate Reipublicæ; & alij Scriptores consentiunt, quamvis eloquio multum impari.* Diversum de *Salustio* sentien-

tes, primò multa dicunt eundem de Ciceronis Laudibus datâ operâ prætermisisse. Quibus respondetur: *Aliud esse falsi pro verbis tradere, aliud nihil magnoperè ad rem pertinentia, & ab alijs vulgata præterire.* Deinde notatur à *Pollione*, ut nimis antiquarius, & ex Catonis originibus verba mutuatus. Respondent patroni: *Nemini notam aliquam non inurere Pollionem.* Reprehenditur à *Livio*, verùm palàm iniquo & invidio, quasi vitiosa & corrupta sit ejus dictio. *Trogus* orationes ejus, ut directas & nimis longas vellicat, credunt defensores, quò suas posteritati magis commendaret. Librorum verò ejus historicorum, præter conjugationem *Catilinæ*, & bellum *jugurthinum*, atq; pauculas conciones, nihil ad nos injuriâ temporum pervenit. Hujus *ὄρχηρον* Ⓞ, fuit *Plotius Gallus*, qui primus Romæ Latinam Rhetoricam docuit, cujus Cicero quoq; nonnullibi meminit.

XXX. 7. P. *Virgilius, Mantuanus*, Latinorum poetarum princeps, natus est circa A. M. 3896. Hunc *Salustius* coætaneum constituit D. *August.* L. V. de Civ. D. c. 12. Et dum ibidem in eo est, ut ostendat, quibus moribus antiqui Romani meruerant, ut Deus verus, quamvis non eum colerent, eorum auget imperium, Svadâ *Virgilianâ* mirificè delectatus, hos ex 6. L. *Æneid.* inter alios recenset: *Tu regere imperio populos Romane memento,*

*Hæ tibi erunt artes, paciq; imponere morem,
Parcere subjectis & debellare superbos.*

XXXI. 2. Q. *Horatius Flaccus, Venusinus*, poeta Lyricus, natus circiter A. M. 3901, etsi alia quoq; poematum genera tractavit. Magnam apud *Cæsarem* & *Mecœnatem* gratiam inijt. *Quintilianus*, illum fore solum ex Lyricis

Lyricis dignum legi judicat, quòd plenus jucunditatis sit & gratiæ, tum varijs figuris & verbis felicissimè audax. Eodem ferè tempore quo Mecœnas è vita decellit, neutiquam falsus vaticinio suo, cum se non fore ei superstitem carmine cecinit. Diligentèr lectum ab *Alexandro Severo* Imp. traditum est à *Lanpridio*. De emendatissimâ ejus editione multum debetur *Georgio Fabricio*.

XXXII. 9. *P. Ovidius Naso*, poeta, Sulmonensis, & Eques Romanus, natus circa A. M. 3925, institutus latinis literis, patris jussu oratoriæ facultati se dedit, à quo tamen proposito, postea factus sui arbitrij, resiliit, totoq; pectore poeticam, cui natus videbatur, amplexus est. Scripsit complura poemata vulgò nota, è quibus dolent alij interijisse opus *Halientinorum*, *Medeam*, & 6. libros *Fastorum* posteriores. *Seneca* lib. decl. 2. scribit se vidisse *Ovidium* declamantem apud *Rhetorem Arellium Fuscum*, cujus auditor fuerat, ut *Latronis* admirator, habitumq; declamatorem bonum, verbis minimè licentèr usum, nisi in carmine, in quo non ignorarit, sed amârît vitia sua; hoc enim dictum sæpè in hâc causâ usurpaverat: *decentiorem faciem esse, in quâ navus aliquis esset.* *Virgilij* & *Ovidij* encomia pro cujusq; ingenio

nectuntur in *Eclogis Henrici Stephani*:
hoc pacto:

Addere Virgilio, sicut res ardua non est,

Ardus sic res est, demere Virgilio.

Nasoni contra, res ardua demere non est;

Addere Nasoni, est arduus ille labor.

De ijdem:

Anni ut pulchrisfluo Nasonis comparo Musam;

Sic etiam Musam comparo Virgilij:

Sed supra ripas sapè ille extenditur amnis,

Sese intra ripas continet iste suas.

XXXIII. 10. *Cornelius Nepos*, vulgò *Æmilius Probus*, Tulliani ævi scriptor, C. *Octaviani Augusti* imperij anno quarto, Olympiade 185, seu circiter A. M. 3925, floruit. *Euseb. in Chron.* Scripsit de viris illustribus libros 16, quorum pauca hodie monumenta extant, librum de saginatione avium; unum item, teste *Tranquilla*, quo destingvit *Literatum* ab *Erudito*; *Lusit* & *Epigrammata*. Quod ad *Daretis Phrygij* historiam attinet, quam à *Cornelio* redditam latine *Volateranus* & alij tradiderunt, elegantia styli, ait *Savaro*, potius ducti sunt, quam certâ ratione. *Elogia* hujus scriptoris passim penes Authores extant: *Cornelius Nepos*, ait *Agell.* l. 15. c. 28, & rerum memoria non indiligens, & *M. Ciceronis*, ut qui maxime, amicus familiarisq; fuit. Et *Plinius Cæcilius Secundus* Lib. 5. *Epist.* 3. Scio, ait, non corrumpi in deterius, quæ aliquando etiam à malis; sed honesta manere, quæ sapius à bonis fiunt. Inter quos vel præcipuè numerandus est, *P. Virgilius*, *Cornelius Nepos*, & prius, *Ennius Acciusq;*, non quidem hi *Senatores*; sed *Sanctitas* morum non distat ordinibus. De eodem scriptore ex *Savarone*: Tanta etiam suavitas est *Sermonis Latini*, ut appareat in eo nativum quendam leporem esse, non ascitum, & jam ævo *Theodosij* desitum, quo non parum inclinata erat *Latiaris Eloquentia*. *Æmilium* autem *Probum*, cujus nomine circumfertur hic liber, *Theodosio* regnante vixisse, & hujusce libri exscriptorem potius esse, quam auctorem, patet ex his versibus: *Vade Liber noster* &c. Unde *Boeclerus* in *Epist.* prolocutoria huic authori à se recensito præmissa ait: *Illud satis constat Cornelium Nepotem esse inter primos scriptorum, qui augustum nomen no-*
strum

strum mereantur præferre. Ut orationem alibi ostensa, de purissimi sermonis nativâ Elegantiâ &c. Est enim id non spernendæ tyroni observationis, in prælectionibus à me quoq; Auditoribus meis significatæ: *Propriissimè hunc Authorem loqui, minimumq; delectari figuris.*

XXXIV. II. Q. *Curtius Rufus*, scriptor rerum gestarum *Alexandri M.* Variæ sunt doctorum virorum de Q. *Curtij* ætate atq; conditione suspiciones; ut ex diversissimis alij nihil præter nomen auctoris repererint; alij nihil præter gentem; alij putent coætaneum Ciceronis fuisse; alij sub Augusto vixisse & Tiberio; alij scripsisse eum temporibus Claudij aut Caligulæ. *Rutgerfius* & *Castanæus Vespasiani*; *Barthius Theodosianis* annis adlerant. *Christ. Bruno* in Epist. nuncup. Porro, ait, quo tempore Q. *Curtius* vixerit, non satis certum est, cum ne hæc quidem quæ supersunt ejus scriptoris integra ad nos pervenerunt. Certè Romanum fuisse satis constat, quod non solum styli ipsius tersissima puritas, ad Romanum filium ad amussim formata, verum etiam ipse temporum Romani imperij in 4:to 8. vo & 10:mo libris, non obscure mentionem faciat: ut mihi non immeritò mirum videatur, nec à *Quintiliano* inter scriptores Romanos, propter phrasin vetustioribus simillimam recenseri, nec à quoquam alio veterum hujus mentionem fieri. De Stylo verò ejus & historiâ præclare admodum omnes boni sentiunt. *Nicolaus Causinus* de Elog. Div. & Hum. L. 3. Q. *Curtius*, inquit, medium quoddam iter secutus, magnam styli salubritatem consecutus est, nam ita dilucidè narrat, ut amnem sine salebris fluere credas, & tantis præterea veneribus orationem perfundit, ut non mediocriter lectores & amatores suos oblectet. Concioniones autem habet tam argutas & suaves, ut *Herodoto* & *Xenophonti* nihilo videatur inferior. *Justus Lipsius* in Not.

ad Lib. 1. pol. *Sequuntur, dicit, Scriptores duo velut proprij principum, & assiduè in manu sinuq; habendi, Q. Curtius: qui me iudice probus est legitimusq; Historicus, si quisquam fuit. Mira in sermone ejus facilitas; in narrationibus lepos, astrictus idem & profluens, subtilis & clarus; sine cura ullâ accuratus. Verus in judicijs, argutus in sententijs, in orationibus supra quam dixerim facundus. Quod si varium magis argumentum habuisset, fallor, aut varia prudentia existimium magis specimen præbuisset. Sed Alexander quid nisi bella? & C. Caesar. &c. Puteanus verò in Q. Curtium candidissimo elogio præfatur, dum hæc loquitur: Ut alia desint, sola elocutio lectorem non omninò rudem trahat, eruditum magis etiam inflammet. Quemadmodum cibi aliqui sunt omnibus omninò mortalibus, illice sapore grati, aliqui his nauseam, illis suavitatem adferunt: ita in scriptoribus ratio styli distinguitur. Quæ omnibus placent latina quidem, in uno potissimum Curtio inventa sunt. Livij olim laudem patavinitas quædam imminuit: alius velut supinum alibi, aut frigidum, imò & ταυτολόγων accusat. In Sallustio Julius Scaliger reperit, quod & reprehenderet & damnaret, prolixum fuisse, vel etiam nimium supervacaneumq;. Caesar ipse, cui satus non fuit res fortitè cerere, nisi narraret, tam stylo promptus quàm telo, auctor & simul scriptor, reprehensionem tamen non effugit, ajunt in dictione esse quæ culpari possint, prudentiam è verbis non hauriri: Commentarios tamen esse, & nihil polliceri præter nudam simplicemq; narrationem. Tacitum Tullianæ aures nequaquam ferunt, scriptorem scilicet durum, asperum, concitum: in latinitate maculas esse nævolq;: alibi sensum brevitate impediri & frangi; plura involvi, quam exprimi; & quod in emaciato corpore videmus, ossa tantum eminere, ves-*

nustatem nullam esse. Justius, Florus, Nepos, alijq; frustra nominantur; in omnibus curiosa jam censura reperit quod carperet. Unus Curtius noster, noster ille Curtius, tam feliciter, prudenter, venuste historię vestem contexit, stylum ubiq; rebus aptans, ut notam omnem evitaret. Elegans est, gravis est, virilis est, & naturam suam nunc exurgens & docens, nunc submitte dictionem & oblectans, ut in summam gravitate venies non exuit, ita in remissione ad vilitatem non descendit: quandoq; objurganti similis, cum vitia persequitur, quandoq; mulcenti, cum virtutibus applaudit: verba nitorem habent, compositio suavitatem, res pretium. Tanquam nihil super sit brevitatem laudes: tanquam nihil desideres copiam. Ipsam brevitate plenus est, copiam non molestus. Varium dixeris, nec tamen diversum. Vultum eundem, non colorem servat, & tamen formosus, pari ingenio nunc vela sermonis pandit, nunc contrahit: sed eadem felicitate invehitur & incedit, alibi celerior, alibi accuratior, ubiq; placens. Cum nihil coactum sit, vibrari tamen sententias dixeris, non educi. Acumina velut tela sunt, lectoremq; suavi vulnere feriunt, flammulae sunt & accendunt. Nemo sine voluptate legat Curtium, majorem etiam fructum capiat sic perfusus. Quantum oblectaris proficis; & cum omnia laudes, mireris tam ingeniose exprimi, cum omnia stupeas, tam facile intelligi: nam ceteros historię scriptores, ut puritate & lepore provocat, ita acumine & perspicuitate vincit. Nemo subtilior fuit, & tamen gratior, nemo aequè lectorem instruit & minus lassat. Sed ego nunc juventutem alloquor, quae nisi regium hunc assumat animum & historiam aestimet, ad
nullam

nullam unquam præclaræ vitæ maturitatem excreſcet; niſi peculiari ſtudio Curtium evolvat, fruſtra in reliquis curioſum diſcendi deſiderium conabitur explere. Ci- bus alibi, hic verò deliciæ ſunt; doctrina alibi, hic vo- luptas jungitur, ut diſcere & audire unusquiſq; velit, amoenitate provocatur. Qui plura de Curtio emble- mata ſapientum deſiderat, conſulat quæſo. Commenta- tionem Freinſhemij c. i. Ei enim præterquam quod ſupplementum ſcripſit, unicè propoſitum conſtitutum- que fuit, nihil prætermittere eorum, quæ ad lacæum authorem hunc ornandum conducibilia viderentur. Se- quuntur claſſici authores poſt natum Chriſtum.

XXXV. 12. T. *Livius Patavinus*, floruit ſub Auguſto Cæſare, cui etiam propter ingenium & Eloquentiam ca- riſſimus fuit, ab eodem ob immodicè laudatum Pom- pejum per jocum Pompejanus appellatus. Deſcripſit Populi Romani res geſtas ab urbe conditâ, uſq; ad mor- tem Druiſi Germanici, qui fuit Cæſaris Auguſti privignus. Tantum antem nominis & famæ hoc opere conſecutus eſt, ut quemadmodum tradit Plinius junior, ab ultimis Hispaniæ Galliæq; finibus venerint nobiles quidam ad illum viſendum, Eloquentiæ illius claritudine tracti. *Nunquam ne*, ait Julio Nepoti ſuo Lib. 2. Epift. 3. *legiſti Gaditanum quendam, Titi Livij nomine gloriâq; commotum, ad viſendum eum ab ultimo terrarum orbe veniſſe?* Quam rem & B. Hieronimus ad Paulinum memorans; Et quos inquit, ad contemplationem ſui Roma non traxerat, unius fama perduxit. Et addit; *Habuit illa ætas inauditum & omnibus ſeculis celebrandum miraculum, ut tantam urbem ingreſſi, aliud extra urbem quererent.* Scripſit & Dialogos, & libros ex profeſſo philoſophiam continentes, Deceſſit *Patavj*

Patavij Septuagenarius Anno Tiberij quinto juxta Eusebium, seu A. Christi 21. Filium reliquit, & ipsum inter Claros scriptores numeratum. Laudes ipsius ob ingenium & Eloquentiam certatim prædicant Seneca, Plinius, Tacitus, Quintilianus, Martialis &c. Recensio *Gruteri* esse emendata; *Gronovij* verò castigatio putatur. Supplementum Livianorum edidit Freinshemius Holmiæ A. g. 1649.

XXXVI. 13. *L. Annaeus Seneca*, Stoicus, præceptor Neronis erat, sub quo dum miseris in urbe mortibus insontes conficiuntur, Petrus & Paulus martyrio coronantur, etiam *Seneca*, dato voluntario mortis genere interemptus est, circa A. Ch. 68. Vide *Tacitum* ubiq; ei benevolum, ut è diverso infestissimus *Dion* agnoscitur. De *Senecæ* & *Pauli* Apostoli Amœbæis Epistolis non conveniunt omnes Doctores, quarum Hieronymus de vitâ scriptorum Eccles. meminit. Columella *Senecam* virum excellentis ingenij atque doctrinæ vocat l. 2. c. 3. Tacitus *Annal.* lib. 13, ubi veneno enectum *Agrippinæ* fraude *Siranum*, atq; ad mortem actum retulisset *Narcissum*, *Ibaturq;*, ait, in caedes, nisi *Afranius Burrhus* & *Annaeus Seneca* obviam issent: Hi rectores imperatorie juventæ, & pari in societate potentia concordēs, diversâ arte ex aquo pollebant; *Burrhus* militaribus curis, & Severitate morum; *Seneca* præceptis Eloquentiæ & comitate honestâ. Iuvantes invicem, quo facilius lubricam principis ætatem, si virtutem aspernaretur, voluptatibus concessis retinerent. Hujus filius fuisse creditur *L. Annaeus Seneca Tragicus*: etsi opus illud *Tragœdiarum* non unius esse hominis *Erasmus* videatur. De vita ejus disserunt *P. Crinitus* & *Gyraldus*.

XXXVII. 14. *Cajus Cornelius Tacitus*, natus initio
X
Nero;

Neronis, principio seculi secundi floruit, seu A. Ch. circiter 101. & seqq. Nullam inter Romanas gentes latius sparsam invenire fas est atq; Corneliam, cujus plures quam 12 populosæ familiæ numerantur, omnes patriciæ dignitatis, honoribus magistratibusq; illustres. P. Annius Tacitus Imp. tanti eum fecit, ut illius effigiem omnibus in Bibliothecis poni edicto mandaverit, atq; ejus historiam singulis annis per Civitatum decuriones describi voluerit, ne videlicet aliquo unquam tempore deperire posset. Historiam quidem exorsus est scribere post mortem *Nervæ*, quoniam principio *R. Hist.* vocat Divum Nervam, qui honos non habetur nisi principi mortuo. Tractatibus scribendis senex demum vacavit, cum reliquum ætatis in foro & causis orandis egisset. Scripsitq; primum omnium historiarum libros, ab excessu Neronis ad imp.ⁿ *Nervæ*; deinde præter Annales, ab Augusti excessu ad finem Neronis; de Germanorum moribus libellum, vitam Julij Agricollæ, loceri sui, & dialogum de Claris Oratoribus ciceronem imitatus, præterea libros facetiarum, nominatos à *Felgentio*. Ex *Plinij* Epistolis, & *Tacitum* in principibus Oratoribus fuisse, & Orationes aliquot edidisse intelligimus. Idem historias ejus immortales auguratur futuras, ijsq; inseri cupit Lib. 7. Epist. 33. Plenissime *Taciti* vitam persequitur, subjectis de eodem veterum scriptorum testimonijs, justus *Lipsius*, cujus itidem studio, auctoris hujus opera, quæ hodie extant, emendatissima leguntur. Idem comment. in *Tacit.* tradidit, priores ejus 5 libros inventos *Corbeje*, quod ad *Visurgim* monasterium est: cumq; quæstor quidam pontificius ad *Leonem X.* detulisset, *ἀντιδογόν* ei depositum

sum 500 aureorum. Summam deniq; laudum Tacitarum, non tacitarum, brevissimo elogio, includens Boxhornius, Tacito à se observato ita prafatur: *Omnium qui Romanorum Caesarum res memoriâ Annalium complexi sunt, maximus auctor Cornelius Tacitus &c.* Vel si mavis audire incomparabilem Heinsium: *Civilis atq; militaris rei auctor maximus Tacitus, sententijs rebusq; densus, verbis stritus ac compressus, totus deniq; ignis est &c.*

XXXVIII. 15. *Cajus Plinius Cacilius secundus, Novocomensis, circa A. Ch. 110 floruit, iisdem cum Tacito temporibus: scilicet Trajani imp. quo cum horas suas in dandis Epistolis partitus est: quamvis enim sæpius alibi testentur Epistolæ Secundi, quantâ conjunctus Tacito fuerit amicitia, nullis tamen magis utriusq; familiaritatem & conjunctionem, quàm Epistolâ libri 7. vicissimâ recludit, ut & studia & famam communem habuisse cognoscatur, seq; totum ab ineunte ætate ad imitandum Tacitum dedisse. Plinius appellatus ἀπὸ τῆς πλύσεως, id est, à lavando; volunt; cujus nominis decem apud Romanos fuisse è memoriâ antiquitatis constat, ut sunt: 1. Plinius Dux Sexti Pompeij, quo fugiente, ille exercitum M. Lepido tradidit, teste Appiano. 2. Plinius Medicus, cujus Epigraphe visitur Comi in aede S. Probinii. 3. Plinius Philocalus, cujus inscriptio extat Comi, in Regione D. Vitalis, in quadam casâ. 4. Plinius Phosphorus. 5. Plinius Faustus, cujus monumentum extat Genevæ in portâ. 6. Plinius Fausti filius, Sabinus. 7. Plinius Plinianus, qui extat Comi in sacello S. Johannis. 8. Plinius Secundus, Atheniensis Sophista, & à quibusdam dictus Epicurus, utpote fabri filius, præceptor fuit Herodoti sophistæ, scripsit declamationes Rethoricas, teste*

Suidâ. 9. C. *Plinius Secundus Veronensis*, floruit sub Vespasianis principibus, quorum negocia curabat. Scripsit historiam naturalem 37 libris; de jâculatione equestri librum 1. De vitâ Q. Pompeij 2. De Bellis Germanorum 20. Studioforum 6. Dicere solebat: *Nullum librum esse tam malum, qui non aliquâ parte prodesset: perire omne tempus arbitrabatur quod studijs non impertiretur.* Perijt Anno ætatis 56, in *Vesuvij* montis incendio, dum causam ejus præfens investigâret curiosius. Et 10. C. *Plinius Cacilius*, de quo nunc ex professo agitur, natus patre L. *Cacilio*, adoptatus ab avunculo, cognomen ejus, quod erat *Secundus*, usurpavit, consulatum gessit sub Trajano, & Bithyniam administravit. Scripsit libros Epistolarum 10. & Panegyricum, quo gratias agit *Trajano* pro consulatu. Puer admodum comœdiam græcam composuit; Elegos aliquando pangens; Hendecasyllaborum libellum quod què emisit. Vita ejus per *Catanæum* composita est eleganter, qui præceptorem habuisse eum *Quintilianum* asserit, in Syria *Euphratem* philosophum audivisse, ubertate *Livianâ* plerumq; captum, *Tacitum* ut Rectorem & Magistrum suspexisse; *Tranquillum* ut contubernalem coluisse: Nullum emendandi genus omisisse, ac primum quæ scripserat secum pertractasse ipsum, deinde duobus aut tribus legisse: mox alijs tradidisse annotanda, notasq; eorum, si dubitabat, cum uno rursus aut altero pensitasse: novissimè pluribus recitasse. Proinde non indignum putabat *Augustus Buchnerus*, prof. Eloq. Witteb. & Acad. senior, cujus Epistolas notis à se illustratas, & Electori J. *Georgio* dicatas, appellaret *Civilium virtutum officiorumq; familiarium, tum argutissima ac elegantissima orationis* HORREUM INSTRUCTISSIMUM.

XXXIX. 16. C. Suetonius Tranquillus, vixit temporibus Trajani & Adriani principis, sub quo & Epistoliarum Magister fuit, Plinij Novocomensis σύγγραμματα; hoc verò quàm amico sit usus, ex multis hujus Epistolis satis liquet, & quidem lib. 1. Epist. 24. Hispanum rogat, ut pro Tranquillo, suo contubernali, agellum justo pretio comparet, ne sit poenitentiae locus. Scripsit idem præter Grammaticos & Rhetores, vitas duodecim Cæsarum ἀνεφάλων, pari libertate ac ipsi vixerunt, ut censet B. Hieron. quos supplevit Ludovicus Vives. Elogia styli Tranquilliani passim penes authores extant. Plin. l. 5. Epist. ii. monet Tranquillum, ut publicet quæ scripserat: *Patere, ait, me videre titulum tuum, patere audire, describi, legi, vanire volumina Tranquilli mei. Equum est nos in amore tam mutuo eandem percipere ex te voluptatem, quàm tu perfrueris ex nobis. vale!* Flavius Vopiscus Syracusius ait: *Minusculos tyrannos scio plerosque tacuisse aut breviter præterisse: nam & Suetonius Tranquillus emendatissimus & candidissimus scriptor, Antonium & Vindicem tacuit: contentus eo quod eos cursim perstrinxerat.* Et mox. *De Suetonio non miramur, cui familiare fuit amare brevitatem.* In Bibliotheca Vaticanâ, Angelus Rocca ait: *Suetonius Tranquillus, qui Cæjus Suetonius dicitur, scriptor nobilis vitas 12 Cæsarum conscripsit; nec non de illustribus Rhetoricis atque Grammaticis libellos duos. Floruit sub Adriano A. Dom. 119. Novam hujus authoris editionem nitidissimam, cum singulorum cæsarum imaginibus & commentario, procuravit, Lugduni Batavorum, Ioannes Schildius A.C. 1647. Amavit eundem & Augustus Buchnerus, Eloq. prof. Witeb. publicèq; , dum ibidem vixit, docuit, Anno scilicet g. 1651, 1652, 1653, & 1654.*

XL. 17. *Lucius Annaeus Florus*, prioribus duobus cœtaneus : nec solius enim Trajani ævo, sed etiam Hadriani vixisse creditur Joanni G. Vossio in Hist. Aug. l. i. c. 30. qui paulò post de charactere sermonis ejus ita differit : *Sanè quòd poematis delectari se ait, id non abhorret ab hujus compendij scriptore, quando stylus ejus in historia est declamatorius ac poetico propior, adeò ut etiam Virgilij hemistichia profundat. Et tamen ea potissima est Flori nostri laus, quòd scriptor est elegans & disertus, & si pauca exceperis, quæ frigidius dicta videntur, verè floridus. Hic summam rerum Romanarum quatuor libris descripsit, quam Livius libris ext. 45. describendo prosecutus est. Valdè tamen falli eos, ait Vossius dicto loco, quòd eum putant in historiã suã Epitomen nobis Livij dedisse, siquidem crebrò à Livio recedat, Nec facile dixerim, ait, idemne an alius sit, qui singulorum fere Livij librorum argumenta reliquit : quæ hodieq; extant, etiam librorum, qui deperierunt.*

XLI. 18. *Justinus*, qui rededit Trogi Pompeij 44 voluminum historiam universalem in Epitomen, omisis, ut ipse loquitur, quæ nec cognoscendi voluptate jucunda, nec exemplo necessaria essent, vixit sub Antonino Imp. quippè cui idem opus inscripserit, circiter A. D. 140. Hunc quibusdam Classicis accensere religio est; verum Romanam eum calluisse congruentè, & scripsisse lingvam, non ita dubitatur, atq; de veritate historiz, dum mentionem patriarcharum faciat, Tyronibus ob facilitatem styli, cum primis esse videtur cõmendandus.

XLII. 19. *Valerius Maximus*, qui sæculo septimo, vel explicente Sexto, vixit; scripsit enim ad Tiberium Cæsarem, rerum dictorumq; memorabilium libros 9, ut in
vitã

vitâ ejus refertur, incerto authore : *Valerius Maximus*, civis Romanus patricio genere natus, omnium pueritiam & magnam adolescentiæ partem literis percipiendis & honestis artibus dedit. Inde sumptâ virili togâ, se contulit ad rei militaris disciplinam, ubi aliquamdiu stipendia fecisse, & in Asiam cum *Sexto Pompejo* navigasse dicitur. Unde reversus, cum videret se patriæ suæ tam benè dicendo quam bene faciendo posse prodesse, à quo incepto studio militiæ gloria detinuerat, eodem regressus, statuit urbis Romæ, exterarumq; gentium facta, simul ac dicta memoratu digna, ut ipse fateatur, literarum monumentis commendare, quod feliciter & gloriose consecutus est. Floruit autem *Tiberij Cæsaris* temporibus &c. De dictionis ejus natura, repurgator *Pighius* sic ait: *Frequentè rescriptus atq; mutatus, infelicis seculi superioris barbariem hauri modicam contraxit, ut emundæ naris homines sæpè culpent stylum ejus, atq; latina locutionis puritatem in eo desiderent; Et quidem immeritò, cum antiquitatem seculi sui venustam totus redoleat &c.*

XLIII. 20. *P. Vellejus Paterculus*, sub *Tiberio Imp.* enituit, duos Romanæ historiæ scripsit libros ad *M. Vinicium* consulem progenerum *Tiberij Cæsaris*. *Vellei* librorum bonam partem deperisse testatur *J. Vossius* l. 1. c. 24. de Historicis latinis. Ibidemq; ait: *Dictionis ejus planè Romana atq; elegans est. Quaedam etiam habet, quæ hauri alibi invenias.*

XLIV. 21. Sequuntur Historiæ *Augustæ* Scriptores Latini minores reliqui, ita à *G. J. Vossio* nuncupati, quos solùm enumerasse hic loci sufficiet. 1. *Sextus Aurelius Victor*, ætate *Constantij & Juliani* imperatorum scripsit de origine & viris illustribus gentis Romanæ. 2. *Sextus Rufus Festus*, vir consularis, scripsit rerum gestarum populi *R. Breviarium*, & dedicavit imp. *Valentiniano*

tiniano, quem *perennitatem* vocat. 3. *M. Valerius Messala Corvinus*, sub Octaviano Augusto Cæsare consulatum est adeptus, de cujus progenie libellum à se compositum eidem inscripsit, ac primus patrem patriæ salutavit. *Nullo autem opere*, ait *Vossius*, *tantum laudis genuinus meruit Messala, quam orationibus & declamationibus.* Et *M. Seneca* contr. 12. *Fuit Messala* ait, *exactissimi ingenij in omnium studiorum partes, latini utiq; sermonis diligentissimus.* Item *L. Seneca*, disertissimum virum appellat. Autor dial. de causis cor. Eloq. censet fuisse Cicerone mitiorem & dulciorem & magis in verbis elaboratum. *Quintil. l. 10. c. 1. Messala*, inquit, *nitidus & candidus, & quodammodo præ se ferens in dicendo nobilitatem suam.* Tantus autem vig autore *Plinio Hist. A.* ætatis 70, biennio ante mortem omnium planè, & nominis propriij oblitus fuit. 4. *Eutropius*, sophista Italus, iidem rerum Romanarum breviarium scripsit in 10. libellis, ab *V. C.* usq; ad *Flavium Valentem Augustum*, cui opus suum dicavit. 5. *Ælius Spartianus* ad *Diocletianum imp. Vitam Hadriani, Alij Veri, Iuliani, Severi & Pescennij Nigri*, à se scriptam emisit &c. 6. *Julius Capitolinus*, ad *Diocletianum Augustum* vitam scripsit *Antonini Pij*; Etiam vitam consignavit *M. Antonini philosophi, item Veri & Pertinacis Imp; ad Constantinum Clodium, Albinum Maximinos, & Gordianos* 3. *Opilium M.* ad *Diocl. Maximum & Balbinum.* 7. *Vulcatius Gallicanus*, quid scribere propositum habuerit, & quâ ætate vixerit, hæc ejus verba ostendunt: *Proposui Diocletiane Auguste, omnium qui Imperatorum nomen, sive justè sive injustè habuerunt, in literas mittere, ut omnes purpuratos Augustos cognosceres, sed hodie nihil ejus habemus, præter vitam Avidij Cassij, unde verba ista deprompta sunt.*

8. *Ælius Lampridius* Commodum Antoninum scripsit ad Diocletianum: Item Antoninum Heliogabalum ad Constantinum Augustum: Item Alex. Severum. 9. *Trebellius Pollux* scripsit Gallienos 30 Tyrannos &c. 10. *Flavius Vopiscus* Syracul. scripsit imperatores Aurelianum, Florianum, Tacitum, Probum, Firmum &c. II. *Ammianus Marcellinus* floruit sub Gratiano ac Valentiniano, scripsit Romam triumphantem libris 31. quibus 13. priores defunt. Hos verò superstites Boxhornius recensuit & animadversionibus illustravit.

XLV. 22. His accenseri meritò quorundam scripta patrum possunt. Qui verò ex illis puritate Latini sermonis ac proprietate ejus maximè claruerunt, sunt 1. *Cyprianus* Carthaginensis, ex Rhetore gentili, occasione lectionis vaticinij Jonæ, Christianorum Doctor factus est, tantâ facundiâ, ut, teste *Lactantio*, discernere nequeas, an facilior in explicando, an potentior in persuadendo quisq; fuerit. 2. *Lactantius Firmianus* Italus, à lacteo Tullianæ Eloquentiæ flumine sic vocatus, cui notis *Betuleji*, nam aliàs de eo *Hieronimus* hoc fert iudicium, quâ fidem, quod felicius aliena destruxerit, quam confirmaverit nostra. 3. *Hilarius*, Pictaviensis Episcopus, è lectione S. literarum quoq; ad fidem Christianam conversus, *tuba latini sermonis* ab eodem Hieronymo nuncupatus est. 4. *Hieronimus*, Stridonensis Dalmata, Theologus cognominatus, *Erasmo* ad omnem dicendi facultatem appositus, & ardens in concitandis affectibus dicitur, præcipuam verò sibi laudem omnium aufert, quod comptè politedq; Apologias suas Epistolasq; scripserit. 5. *Augustinus*, Hipponensium præsul in Africa, in extemporali dictione felix & argutus salutari ab

Erasmo: is quamvis nonnunquam utatur vocibus Ecclesiasticis, Ciceroni non usitatis, hunc tamen quia diligentissimo, ut fatetur ipse, studio edidicit ac intellexit; non mirum erit, si & florido stylo, & censoriâ de vocibus latinis sententiâ uti, sine invidiâ possit. E. g. de voce *Salvatoris*, adæquatiùs *servatoris* vocabulo, nomen officiumq; *Jesu* edisserente, sic ait lib. 3. de Trin. c. 10. *Verbum istud antea lingua latina non habebat, sed habere potuit.* 6. Quibus tandem accedunt *Arnobius* cum notis *Elmenhorstij*; *Ambrosij* Hexaemeron; *Tertulliani* Apologeticus, *Prudentius* & nonnulli alij.

XLVI. 23. Recentiores qui lingvæ latinæ proprietate non fuere indelectati, sunt *Lipsius* *Senecæ amulius*, *Vossius*, *Grotius*, *Berneggerus*, *Salmasius* &c. Recentissimè omnium, ut aliorum laudibus nil detraham, domi forisq; degentium, non tam meo iudicio, quam sensu, scripserunt ac loqvuntur tersissimè, incomparabilis *Heinsius* & *Boxhornius*, duo illuminatores *Lugdunensium*: *Augustus Buchnerus*, *Freinshemius* & *Boeclerus*, tres *Eloquentiæ patriarchæ Germanorum*: quorum ille *Witebergam*; iste *Heidelbergam*; hic *Argentina* hodiè illustrant. Plures quidem strenuos latinè loquendi ac virtutis magistros & nunc & olim extitisse non mentior, verum enumerata jam potior pars est, undè tandem concludo, quod *Puritas lingua latina, sit juxta Romani Sermōnis legem, sancitam iudicio bonorum Authorum, maximâ ex parte jam recensitorum, aut scripta aut pronunciata sententia.*

XLVII. Quocirca Nota: quod lex locutionis Romanæ, à tempore & personis quidem, sed cautè æstimanda sit, &. Incorruptâ lingvæ latinæ ætate dixerunt & scripserunt, qui aureo seculo *Cæsaris* & *Augusti* vixerunt,

quo genus loquendi perfectissimum fuit: quo horror ille nimium priscae vetustatis aberat, & germana illa, & illibata Romanæ lingvæ sinceritas non dum degeneraverat: nempe illo seculo & eò loci, *ubi mancipia etiam ipsa, purè & Romanè loquebantur: neq; sermonis genere docti ab indoctis differebant, sed tantum sermonis elegantiam, ut ait Taub. in diss. de ling. Lat. § De Personis eo tempore locutis, scribendoq; meditati non sunt præcipienda judicia, monente Vogelio in Ephem. Ling. Lat. E. G. Cicero licet utriusq; sermonis, non tantum patrij latini, sed & Græci, rerumq; Copiâ instructissimus fuerit, atq; doctissimus, adeo ut Taubmanno d. l. Castissima illa Romana lingvæ venustas in illo dominari dicatur; solus tamen omnes & singulas hujus universitatis res, quarum non paucae & hodieq; oriuntur, scriptis suis ut complecteretur, plures ob causas fieri non potuit. Unde Erasm. in Dial. Cicer. Nec statim, ait, malè latinum est, quod apud Ciceronem non extat, qui, ut sæpè jam dictum est, nec extat totus, at si totus extaret, non tractavit omnes materias, & si tractasset omnes illorum temporum, nostras res nec tractavit, nec novit.* A solo igitur Cicerone, aut alio veterum Authorum uno duntaxat, universam Scholæ latinæ supellectilem sperare, esset erroris; obnixè flagitare iniquitatis: nam Lubino teste, authores illi de certâ quâdam re sibi propositâ scripserunt, non illo primùm consilio, ut pueros in Scholis Romanam lingvam docerent, aut omnem Romanæ lingvæ varietatem & copiam scriptis suis exequerentur.

Hactenus primos, non omnes recensui authores latinos qui extiterunt, sed de omni genere quosdam,

optimos nempe, quantum instituto meo hâc vice videbatur conducibile.

Et tantum de lingvæ latinæ Puritate.

XLVIII. III. *Ulus & Præstantia lingvæ latinæ in omni se facultate latissimè diffundit, idq; 1. In Genere: in Scholis enim & Academijs totius Christianismi, sua dogmata Magistri & Doctores profitentur ordinariè idiomate latino. Hinc Valla calamitatem ruinæ Romanorum Monarchiæ defieturus, in medio lachrymarum fluxu exultat, ingenti lingvæ latinæ beneficio Augustum perpetuò Quiritum imperium continuari; quippe qui suis ita elegantijs præfatur pag: 10: Magnum ergo latini sermonis Sacramentum est, magnum profectò numen, quod apud peregrinos, apud Barbaros, apud hostes sanctè & religiosè per tot secula custoditur, ut non tam dolendum nobis Romanis, quam gaudendum sit, atq; ipso etiam terrarum orbe exaudiente gloriandum. Amisimus Romam, amisimus regnum, amisimus dominatum; tametsi non nostrâ sed temporum culpâ: Veruntamen per hunc splendidiorum dominatum, in magnâ adhuc orbis parte regnamus: Nostra est Hispania, nostra Gallia, nostra Germania, Pannonia, Dalmatia, Illyricum, multaq; alie nationes; ibi namq; Romanum imperium est, ubicunq; Romana lingua dominatur. Eant igitur nunc Græci, & linguarum copiâ se jactent, plus nostra una efficit, & quidem inops, (ut ipsi volunt) quam illorum quinq; (si eis credimus) locupletissima: & multarum gentium velut una lex, una est lingua Romana: unius Græciæ (quod pudendum est) non una sed multe sunt, tanquam in Repub. factiones: atqui exteri nobiscum in loquendo consentiant, Græci inter se consentire non possunt, ne dum alios ad sermonem suum se perducturos sperent: variè apud eos loquuntur authores, Atticè, Ionicè,*

Ionicè, Æolicè, Doricè, κοινῶς : apud nos, id est apud multas nationes nemo nisi Romanè: in quâ lingua disciplina cuncta libero homine digna continentur, sicut in sua multiplici apud Græcos: quâ vigente quis ignorat studia omnia disciplinasq; vigere: occidente occidere?

XLIX. 2. In specie si loquar i. de Theologia; quamvis non diffiteor, existere consummatum Theologum posse, quâ γνώσις καὶ διδασκαλίαν, qui latine planè nesciat, modò textum Hebræum calluerit, in V. Test. & Græcum in Novo; in controversijs tamen & quoad ἔλεγχον, item modum communicandi ordinarium, neutiquam lingvâ Romanâ carere potest. E. G. In certamine cum Pontificijs, qui in Concilio Tridentino, versionem Bibliorum vulgatam latinam fecere authenticam, nequicquam hos profligabit, nisi sermonis latini fuerit consultus. Extant & aliæ Pontificiorum translationes Bibliorum Latinæ, eaq; recentiores, utpote Xantis Pagnini, Jsidori Clarij, Ariæ Montani, & Erasmi in N. T. Nec non Calvinianorum, Munsteri, Tigurina, quam incepit Leo Judæ, complevit Bibliander cum sodalibus, Pelicano & Cholino; Junij & Tremellij, Bezæ verò tantum in N. T. Lutheranorum est, versionis vulgatæ correctio Dn. D. Lucæ Osiandri, denuo publicata à filio Andrea. Versio nova & nuper inchoata Ubsaliæ, à pl. R. Dn. D. Terfero nostro. Ut taceam historiam hujus lingvæ Ecclesiasticam, Latinos celeberrimi nominis Patres, & scripta innumerabilia Theologorum, cum adversariorum, tum nostratium, Didascalica, Elenctica, Epanorthotica & Pædeutica, quorum omnium cognitione destitutum iri, miserrimumq; fore Theologum, lingvæ latinæ expertem, manifestatum evadit. Singularem etiam lingvæ latinæ beneficio, orthodoxa Religio, Confessione

Augustanâ comprehensa, & imperatori Carolo V. exhibita in Comitijs Anno Ch. 1530, est diffusa ac propagata latissimè: *non tantum per accidens* quòd Cæs. M:tas hanc confessionem per Alphonsum Valdensem & Alex. Schveizum Secretarios, è latinâ in Italicam & Hispam lingvam verti mandavit; quod & legatus pontificius Campegius in Gratiam nonnullorum Itatorum latinè non intelligentium à Cæsare impetrasse & Papæ transmisisse dicitur; *Sed Per se quoq;*, cum nominatâ confessio latinâ lingvâ conscripta, & ad perplurimos populos, Germanicam non callentes, sit emissâ ac divulgata, de quâ citissimè propagata doctrinâ Evangelij, B. Lutherus postea sæpenumero est piè gloriatus.

L. 2. De Jurisprudencia idem asseverare cogor: hujus enim principia 12 tabularum cancellis olim inclusa populo Romano, ut Cic. de orat. fatetur, familiaria fuerunt. Quid quod integrum corpus Juris Civilis & Canonici latinis impressum est typis. Imo interpretes cum veteres, tum triga illa hodiernorum in Germaniâ: Carpsovius, Rittershusius, Tabor, plura latinè ediderunt quam germanicè 3. *Medicina Studium* Arabibus & Græcis scriptoribus multum debere in promptu est; illorum tamen perplurimi versi in latinum sunt, ut non sit amplius mirum, vel ipsum Hermetem, Galenum & Hippocratem latinè in Academicis nostris sonare.

LI. 4. De Philosophiâ verò satius esse tacere existimo, quam pauca loqui: quis enim Academicorum tam in eadem facultate hospes est, qui infinitos ejus auctores, Rhetores & Logicos, Physicos ac Mathematicos, Politicos & Historicos extare, vel origine Latinos, vel bona fide translatos ignoret? Audies enim haud

raro

rarò Platonem, sæpius Aristotelem ipsum latine loqui,
 Cicero verò ipse Latinorum princeps, non minus nobilitatus
 Philosophus, quam consummatus orator erat.
 Verbo: Dignus cum sacco per civitatem ire Theologus
 is est, qui didicit diu Latine, sed oppidò incongruè.
 Sacerdos justitiæ inops consilij is erit, qui hoc cariturus
 thesauro est: Non sui Dioscorides faciet ingenuè copiam,
 latinum si spernas interpretem. Philosophum dices
 inueniesq; carentem voce latinâ; in Scholis verò Academicisq;
 publicum neutiquam informatorem. Quantus etiam tandem
 in familiaribus colloquijs, disputationibus, conciliorum
 conclusionibus, legationibus, Peregrinationibus, variorumq;
 negotiorum publicè privatimque conducibilium
 expeditionibus, est lingvæ latinæ usus & decor,
 quantaq; necessitas, inq; omni vitâ præstantia,
 neminem qui Deo, proximo & patriæ totum se
 dedicavit, latere arbitror; imo posteritatem docuit
 duo ante secula, vel unum exemplum duorum regum,
 quorum unus in suo exilio Dantisci Carolus & Canuti
 F: Svecorum, cum altero Casimiro Polonorum Rege
 omnium, exceptâ vernaculâ, lingvarum ignaro, collocaturus
 ingemuit, calamitatemq; summam doluit, non potuisse
 sine interprete & consiliorum particeps, potentissimos
 imperatores conferre sermonem: Polonum igitur,
 postquam Svecum præter domesticam & Germanicam,
 etiam lingvam latinam callere intelligeret, ita ruditatis
 suæ pœnituit, ut omnibus in suo regno nobilioribus
 subditis, ad discendum Latine, severo mandato author
 extiterit. Vid. Messen. in Theat. Nob. Svecanæ. quo factum
 est, ut hodiè in Poloniâ vix unum inuenias agricolam,
 qui non *Latine* frugaliter sciat. *Nolo ait Ezech.*

zech. Vogel. in *Ephem. Lat. Ling.* p: 66. è monumentis magnorum viroꝝ lingua latina transigere encomia, nolo uti in re non dubiâ testibus non necessarijs, sed breviter vere assero, vix uspiam locorum, tam barbaros reperiri homines, inter quos non aliquis latinè loqui sciat, vel certè latina intelligat. Etenim lingua latina communione, tanquam publico aliquo & sacrosancto fœdere, ait Ramus in Ciceroniano, tot nationes & gentes, licet lingvis singula dispares, attamen univēsa continentur & conjunguntur. Ex tot ac tantis igitur utilitatibus diligentissimè docendam & discendam esse linguam latinam concluditur. Tantillum de usu & Præstantiâ.

LII. IV. Ratio seu modus docendi discendique linguam latinam, præter alia subsidia, non incommodè posse desumi videtur ex *Dissert. didact. I. A. Comenij de sermonis latini studio*; ex *Ephemeridibus totius lingvæ latinæ annuo spatio tradendæ & perficiendæ M. Ezechielis Vogelij, pedagogij Göttingensis quondam correctoris*. Nec non ex *Antonij Schori duobus libris de ratione discendæ docendæq; lingvæ latinæ & Græcæ*. Item *Dissert. M. Matthiæ Gigeri, Basillensis, de Rat. docendi & discendi, Holmiæ impressa & R. Cancellario dicatâ A. 1643*. Alijsq; Verum quod alij prolixè, ego brevissimis expediam.

LIII. Didactica Romanæ lingvæ, est Artificium tradens modum docendi discendiq; latinitatem. Estq; vulgaris aut peculiaris: illius considerentur i *Objecta*, quæ proponunt scripta authorum cum maturis, quales nunc recensui; tum incipientibus ingenijs utilium; qualia è veteribus commendantur *Epistola Cic. ad Familiares, Quintilianij Inst. Orat. Seneca flores, Valerij memorabilium exempla; Asinus aureus Apuleij, Institutiones Iustiniani, &c.* Et Recentioribus *Erasmi colloquia, proverbialia & de Civilitate*

litate morum libellus; Galateus de moribus; Præcepta morum Camerarij, Fabule Æsopi, Libri Rodolphi Agricole de jrv. Scripta Philippi, Colloquia Lud. Vivis, Mosellani, Helvici, Comædiæ & Trag. Frischlini, Orationes Mureti & Majoragij; Epistolæ Manutij & Lipsij; Carmina Taubmanni, Progymnas smata Jac. Pontani &c. II. *Effecta sunt tum α. Commoda & emolumenta, quæ præter res, voces & phrasas, certam styli formam præbent. Unde Antonius Schorus de Rat. disc. Ling. Lat. præfat. pag. 32. ait; Studiosis summopere elaborandum erit, ut à Romanis potius ipsis, quam à vulgo latinè discant: solet enim quisquis magis aut per vulgatâ nunc consuetudine commoveri; aut ex vernaculi sermonis, vel præceptorum communium rationibus omnia æstimare, quam quid proprium, quid purum sit inquirere, quod adeo nunc lingvam obscuravit, ut non solum dissimilima sit ei, quâ olim integrâ incorruptâq; Romani sunt usi: sed & aliâ nunc Itali, alia Galli, alia Germani, alia Angli loqui videantur; quæq; enim Gens & natio eam ad suam lingvam deflexit, vulgariq; barbarie contaminavit. Tum β. Incommoda juxta illud Poëtæ: Nil ab omni parte beatum. Ea enim ex impedimentis, quæ sublimiorum disciplinarum & facultatum studijs objiciuntur, si nimium opera humanioribus detur, existunt. Licet enim, Vogelio Judice, neq; docens, neq; discens quidquam in se desiderari paratiatur: ut tamen omnibus Ciceronis scriptis, omnibus Plauti & Terentij, aliorumq; commædijs, omnibus Virgilij, Horatij & Ovidij carminibus, vel aliorum bonorum authorum libris perdiscendis vigilia auresq; consecrentur, absq; aliorum studiorum, præsertim superiorum remora, quorum gratia hæc inferiora philologie & lingvarum studia tractantur, fieri raro potest. Omnia namq; huc pertinentia, ob tantillæ ætatis*

lam vitæ, auditu lectuq; superasse, nisi ingenio unice his studijs destinato, videtur esse impossibile. Etenim rectè Hippoc. L. I. Aph. I. ait: ὁ βίος βραχὺς, ἢ δὲ τελευτῆ μακρῆ, ὁ δὲ καρπὸς ὀλίγος. ideoq; meritò certandum bonis præceptoribus esset, de cura inveniendi compendij, quo possit maturrimè, facilimèq; ad cognitionem lingvæ latinæ, sine quâ frustra in reliquis sudatur, studiosa juvenus deduci.

LIV. III. *Instrumenta*, qualia sunt, vel I. *Pura*, utpote ONOMASTICA seu Nomenclatores, quibus præmissâ expeditæ lectionis notitiâ, primaria istius idiomatis vocabula, vel ordine Alphabetico, vel per rerum distinctas classes discenda proponuntur, vel II. *Mista*, quæ partim singularum, partim junctarum vocum significationes, proprietates & usum regularem atq; fructus exhibent, ut α. PHRASIOLOGIÆ, quæ non tam rerum appellationes tradunt, quam modos loquendi per verba cum Nominibus, Adverbij, Præpositionibus cæterisq; orationis partibus juncta: hæ licet solidam lingvæ latinæ cognitionem largiri non possint, præparant tamen hebetiorum, & saltum non facile facientium animos, atq; ad finem, quo concinnatæ sunt, modo selectiores, & quæ Adagiorum vim habeant, elegantur moderatèq; usurpentur, conducunt. β. LEXICA, utpote *Frisij*, *Decimatoris*, *Nizolij thesaurus Ciceronianus*, & aliorum prop. XXII. pag. 142. nominatorum, quibus uti licebit tanquam mutis præceptoribus; quippe qui maximo labore, omnia quæcunq; in omnî bonorum authorum genere invenerunt vocabula, comportarint, & certum in ordinem redegerint. Maximam autem

autem merentur commendationem ideò Lexicographi, quod de aliqua vocolâ dubitantibus auxilio; consilioque subveniant oppidò. Memoriae verò mandari *Nomina & Phrases: Dictionaria* verò commodè non poterunt.

LV. γ. Ad Instrumenta Philologiae perdiscendæ suo reducenda jure est GRAMMATICA, quippe quæ Habitus Organicus est, & Instrumentum omnium disciplinarum catholicum. Cura autem discipulorum versetur circa Grammaticam discendam & exercendam. 1. De discenda Grammaticâ quæstio ventilanda venit: An præceptis Grammaticis oneranda discantium cerebrâ sint? & Trivium hic esse: Alij extremas, alij mediam insistant viam. Illi vel deficiunt, vel excedunt modum. 1. A defectu quodam laborant, qui studio Grammatico minimum, vel Nihil potius tribuunt, utpote nihil curæ, nihil studij eidem impendendum autumantes, sed linguam latinam ex solo usu & loquendi exercitio commodissimè disci debere svadentes. Contra quos fortissimus in hoc bello Grammatico produci potest exercitus, cum ex antiquis, tum recentioribus militibus collectus. 1. Antiqui sunt vel Græci vel Romani. Græcorum Antesignani, Grammaticæ sanè artis beneficio opus esse censentes sunt: α. Plato, qui ἐν τῷ Διαλόγῳ περὶ τῆ ὄντ @ ait: σχεδὸν οἶον τὰ γράμματα πεποιηθῶτ' ἂν εἴη, καὶ γὰρ ἐκείνων τὰ μὲν ἀναρμογεῖ πρὸς ἀλληλα, τὰ δὲ ζυναρμόπτει. @. πῶς δ' ἔ. ξεν. τὰ δὲ γε φωνήεντα, ἀναφροντῶς τῶν ἄλλων οἶον δεσμ @, ἀναπάντων μεχώρηκεν, ὥστε ἀνεῦ τινὸς αὐτῶν ἀδύνατον ἀρμόπτειν, καὶ τῶν ἄλλων ἕτερον ἑτέρῳ. @ β. καὶ μάλα γε. ξέ. πᾶς ἔν οἶδεν ὁποῖα ὑπόσις δύναται κοινω-

εὐν. ἢ τέχνης δ'εἰ τῶ μέλλοιτι δρᾶν ἰκανῶς αὐτὰ, ΘΕ.
 τέχνης. ΕΕ ποίας; τῆς γραμματικῆς. Β. *Aristoteles*
ultra præceptoris sui Platonis initia progressus, pri-
marias vocum species: Nomen & verbum definit &
explicat L. I. de interp. c. 2. & 3. Item de Elemento, Syllab-
ba, conjunctione, articulo & casu agit Lib. de Poëtica c. 20.
De Nominis Speciebus & generibus c. 21. γ. Stoici am-
plicare rem grammaticam cœperunt, ut est videre in
vitâ Zenonis apud Diogenem Laërtium L. 7. Romanorum
authorum princeps Cicero ad Heren inquit: Hæc (sub-
audi vitia sermonis) in arte grammaticâ dilucidè dicemus.
Et in Tusc. quæst. Si Grammaticum se professus quisquam
barbare loquatur, turpe est. Quintilianus Inst: Orat. lib.
1. c. 4. Non sunt, inquit, ferendi, qui jam artem (gram-
maticam) ut tenuem ac jejunam cavillantur, quæ nisi orato-
ri futuro fundamenta fideliter jecerit, quidquid superstruxe-
rit corruet: Necessaria pueris; jucunda senibus, dulcis secre-
torum comes, & quæ vel sola omnium studiorum genere plus
habet operis quam ostentationis. Quid quod D. Augustinus
integrum librum scripserit de Grammatica Tom. 1. p.
mihî 53. incipiens. 2. E Recentioribus unus prodeat
Philippus Mel. qui in Epist. ad Egenolphum Typog. ait: Quan-
tum refert Ecclesiæ Christi, rectè institui pueros in Gram-
maticis? Quid erit in Ecclesia doctor sine Grammaticâ,
aliud quam κῶρον πρόσωπον, aut impudentissimus rabu-
la? Satis graves pœnas olim dedit orbis contemptæ
Grammatices, cum Monachi non germanas sententias,
sed Adulterinas Scholis & populo proponebant. Res
liqua ætatis studia imitantur hoc tyrocinium. Qui non
recte didicerunt grammaticam, postea cœteras discipli-
nas audacissimè corrumpunt: apparet enim & hic verum:
princi-

principium dimidium totius esse. Ut in tenebris colores discerni nequaquam possunt: ita sine grammatica judicari de sermone in cæteris artibus nullo modo potest. Et in *præfat. Synt. Lat.* Maximè reprehendendi sunt quidam, qui pueris ipsis odium præceptionum instillant, qui sicut milites illiterati Gallicè inter Gallos discunt: ita sperant pueros fore Grammaticos sine arte utcunq; colloquentes cum authoribus. Sed hæc indulgentia, etiam si popularis, tamen est admodum perniciofa: *Postquam enim desijt vernaculus usus lingvæ latinæ, nemo certam loquendi rationem sine regulis consequi potest.* Itaque qui præceptiones non didicerunt, paulò post vel erroris sui vel ignaviæ poenas dant. Postquam enim adoleverunt conscij sibi inscitæ suæ, nec loqui, nec scribere latinè audent: Quare alij desperatione quâdam in totum abjiciunt literas, alij etiam si commorantur in studijs, tamen justos fructus ex ijs percipere non possunt: quorum utrumq; multis modis nocet Reip. &c. Quum enim semel induerint contemptum præceptionum in grammaticis, afferunt deinde similem negligentiam ad cæteras majores artes. Quare ἡδὲ μὲν quiddam fueri, teneram ætatem flectere ad amandas præceptiones, ut exsultent virtutem esse frænare ingenium, & ad præscriptum tum loqui, tum agere omnia: Illud enim constat, præceptionum contemptu, in ferocioribus ingenijs valdè confirmari cyclopicam audaciam &c. Porro, ut hoc loco, tantum de hac parte grammatices (Syntaxi) dicam, ingens utilitas est, tenere certam loquendi rationem, & de natura sermonis rectè judicare posse. *Errant autem totâ viâ & toto cælo, si qui putant hæc sine præceptis quemquam consequi posse.* Idq; fateri res ipsa tandem cogit eos, qui

omissis præceptis, ex sola authorum lectione jungere verba didicerunt. Deinde etiam si ad quotidianum colloquium satis formularum suppeditet lectio, quid facient, si longior causa explicanda erit? quomodo compositionem illarum periodorum & totam seriem membrorum in oratione intelligent, nisi omnem rationem Syntaxeos probè cognoverint? postremo, obscuras ac vitiosas syntaxes quomodo judicabunt, nisi adhibitis Regulis? Nam si tantum exempla quærent, quoties occurrerent vitiosa, quorum pleraq; à rectè dictis non possunt sine regulâ discerni, &c. Nisi Grammaticam rectè didicerint, non poterunt cœteras artes, Ecclesiæ & Reipublice necessarias tueri &c. *Et idem in Epist. commend. Linacæ* pessimè de pueris merentur præceptores, qui aut Regulas nullas tradunt, aut certè statim abjiciunt, & magnificè promittunt fore, ut usu loquendi discantur constructiones. *Et mox: publicè dedebant in tales præceptores pœna constitui, qui præcepta fastidiunt. Hec Philippus. II.* In Excessu verò peccant, qui nimium in præceptis è systemate ediscendis studium urgent, & tenellis pueris prolixos nimis & obscuros Grammaticorum libros sine delectu, nimis diu memoriæ coactæ infingendos, & ad unguem recitandos atq; repetendos injungunt; genuino verò & assiduo præceptorum usu scribendi & loquendi neglecto. Proinde mediocritatem quoq; ipse *Philippus* in sua Gram. ad *Egenolphum* laudat: In meâ primâ editione, ait, quædam desiderabantur; quanquam autem adijci illa prodest: tamen modus adhibendus est in locupletandis præceptis. ne deterreantur adolescentes prolixitate. *Ioannes Caselius*, quam alienus fuerit ab illâ ingeniorum juvenilium torturâ, ex proprijs ejus verbis percipere

cipere juvat: *Quarunt*, ait, de Ludo Lit. rectè aperiendo, ex discipulis nimis religioſe, quaſi in Arithmetica, ſi in minimo numerorum erres, in univerſum à veritate aberràvis, ita hic quoq; fiat, quod longè ſecus ſe habet. Et porro: Nihil adeò magis diſcentium cupiditatem retardat, quam eos ab ultima infantia ad juventutem uſq; detineri in plus quam Nuoſis Grammaticis: quod non ſine ſtomacho fieri vidi ſæpius: Niſi enim ſapè vidiffem non reprehenderem; ac ne vix quidem fieri crederem, pereunt Adoleſcentiæ anni decem, ſæpe plures: Aliquando viginti, ſi dixerim, non mentiar, ita miſere perie ipſe flos atatis: quanto temporis ſpatio, utrum etiam præſtantem militiâ fieri, & doctrinâ credibile eſt, ſi quem non animus, neq; ingenium deſiciat. III. Mediani ingrediuntur viam, qui diſcipulos nullis niſi neceſſarijs præceptis, methodicâ & perſpicua brevitate, ingenio puerili accommodatis inſtruere ſatagunt, juxta poſtulatam Ludovici Viriſ de trad. Diſp. I. 3. Cognitionem hanc artiſ doctam volo eſſe magis quam anxiam & moleſtam: nocet enim ut regulas negligere, ita illis nimium inherere atq; affligi. Generali quidem Grammatica omnino opus eſt, quod probatur.

I. *Authoritate Magnorum virorum.* *Vogelius didact. lat. pag. 62.* ait: Ego malo ſaltem Declinationes & conjugationes cum præcipuis Stymologia & Syntaxeos regulis, diſcipulo & Auditori præcognitas eſſe. citatq; mox ex libris didact. Helvit ci: Ex Gram. generali diſcipulus jam novit, quid ſint voces flexibiles, tempora, & modi &c. Unde & rectè Comenius de Serm. lat. ſtudio ait p. 66. Conſtituenda ſunt Grammatica præcepta breviffima & lucidiffima, veram & genuinam, ſimplicemq; ſermonis Latini ſcribendi, pronantiandi, formandi, conſtruendiq; rationem planiffimè oſtendentia; ſed tamen nihil inſolens, figuratum, valde anomalum, attingentia. *Johannes Caſelius*

Casellius de ludo Literario rectè aperiundo : *Vim*, ait, *universæ hujus artis potissimam in flexione dictionum consistere arbitror : in quâ puerum ita exerceri velim, ut sit exercitissimo promptior : præceptionibus vero & regulis oneretur, quam paucissimis. Statimq; deducatur ad intelligendos latinos scriptores. Hoc idem Ramo, hoc Helvico, hoc placet multis alijs.* II. *Ratione*: Etenim si nulla omninò Grammaticâ vel regula flectendi, construendiq; voces, latinitatis tyroni erit opus, sed solum nudumq; colloquendi exercitium sufficiet, sequetur. *α.* Taliter instructum quodammodo loqui, nunquam ritè scribere posse; qui enim *ε. g.* scire queat, an scribendum sit: *Conquæsitio* an *concutio*, nisi de origine vocis & mutatione litterarum fuerit doctus è grammatica? *β.* Posito quod sine hallucinatione loqui eundem contingat, sine perpetua tamen dubitatione, eundem & constanter loqui posse, non dixerò, præsertim si nonnulla intercesserit loquendi latinè desuetudo: memoria enim fundamentis spoliata semper fallax est. Do Exemplum: qui optimè didicit maternam lingvam, sine usu dediscet eandem in exteris; loquor expertus: qui verò semel *Latinam* didicit ex fundamento, non facilè dediscet. II. Circâ exercendam Grammaticam non minor cura discipulorum requiritur: sic enim *Author ad Heren. lib. 3.* ait: *In omni disciplinâ infirma est artis præceptio sine summâ assiduitate exercitationis.* Sint igitur potissimum in vocibus flectendis, exercitissimi, ut numeros, casus, tempora, & personas, activas & passivas, æquè ac nomen suum teneant, & in promptu tam habeant, quam manus, quam digitos: Etenim gravissima vox est *Quintil. lib. 1. c. 7.* *Nomina declinare & verba imprimis pueri sciant: neq; enim aliter*

aliter pervenire ad intellectum sequentium possunt : quod admonere supervacaneum erat, nisi ambitiosâ festinatione plebs, à posterioribus inciperent, & dum ostentare discipulos circa speciosiora malunt, compendio morantur. Tantum de Didacticâ vulgari.

LVI. II. *Didactica peculiaris* pro varietate judiciorum variat : 1. *Vogelius* scripsit Ephemerides totius Lingvæ Latinæ, unius anni spacio docendæ & discendæ, ita quidem, ut, jactis fundamentis grammaticis & Lexicis, præceptor quotidie, exceptis, diebus festis, juxta ordinem alphabeticum, celebriores quasdam, & bonorum Authorum, & à se excogitatas sententias, discipulo explicandas & memoriæ credendas proponat, hæc lege, ut singulis mensibus anni, ex proportione, binæ ferè literæ respondeant, E. G. 2. Jan. A.

Abcedarios in Academiâ alere absurdum est. Absurdo uno dato cœtera accidunt, *Arist. à xpoas. Lib. 1. c. 1.*

Abyssus est profunda absq; fundo.

Acanthis: Cantat Acanthis avis, sed crescit Acanthus in agris.

Abdominis multum qui habet, ampla habet opus abollâ.

Abydocomæ à principibus hilaribus amantur:

Amanti nihil difficile puto, *Cic. in Orat.*

Acalanthis ab aucupe capitur.

Argentum accepi dote, imperium vendidi; *Plant. As.*

Act. I.

Acroamata erudiunt animum.

Acres hostes ab urbe arcendi sunt.

Abrotonum ægro.

Audeo: non audet nisi qui didicit dare, *Hor. l. 2. Ep. 1.*

Ambubajæ quæ amyſtidibus delectantur, Alece potentur, achradibusq; cibentur.

Accipiter ſapè vorat avem in abiete, raro ſub abſide.

Ægilope aut acinis Aſturcones non debent ali.

Absynthium amaritudine ſuâ vermes enecat.

Abſtemius vivit abſq; vino. Deinde 3. Jan. A. ultra med. Menſis. E. G. 26. Jan. B. & ſic conſeq.

2. *Johann. Amos Comenius*, Latini ſermonis ſtudium per veſtibulum & Januam ſuam, nec non Palatium & Theſaurus Latinitatis, quadripartito gradu plenè abſolvendum eſſe diſſerit. Ita quidem ut initio, verborum à rebus divortium cavendum eſſe doceat, utq; hoc ſemper fixum ſtare oſtendat, *latinam lingvã, ut haurienda realis eruditionis reale ſit instrumentum, ex authoribus eſſe diſcendam, & proinde authorum bonorum enarrationem, Scholis τὸ πᾶρ eſſe ait*: & quia quidquid ſit, gradatim ſit, ut naturæ ſimul & artis exempla probant, etiam quod diſcitur, non niſi creſcendo diſci poteſt, in evidenti eſſe putat, latinitatis tironem in vaſtum illud authorum mare propelli non debere ſine præmunimentis quibuſdam, ceu rudimentis & tyronicijs; diſcat enim, (ſvalor eſt, ante balbutire infans quam loqui, puer ante loqui, quam dicere, cum neget & Cicero ſe eum docere poſſe diſcere, qui neſciat loqui. Conſtituit ergo 4 diſtinctas quali latinitatis claſſes, quarum 1. erit pro Balbutie. 2. pro loquelâ, 3. pro ſacundiâ, 4. pro Eloquentiâ Latinâ comparandâ; ubi diſcant diſcipuli primo qualitercunq; , Dein propriè, Tertio eleganter, Demum nervoſè & potenter loqui. His reſpondebit I. VESTIBULUM, quod continebit Balbutiei Latine naturam, vocabula aliquot centena ſententijs incluſa: deinde formalis loco, declinationum & conjugationum tabellas,

bellas, cum alijs Grammaticæ rudimentis primis, cum vocum comprehensarum indice vernaculo.

II. JANUA, quæ continet omnia usitatiora lingvæ vocabula, redacta in plures prolixioresq; sententias, structura tamen & sensu faciles, quibus res ipsæ summam ordine suo simpliciq; & nativo vultu exprimuntur. Recipitq; studiosam pubem brevi habituram esse januam, rerum ipsarum solidis postibus bene firmatam, volubilibus LEXICI cardinibus facile aperiendam, præsentiq; Grammaticæ clavi promptè referabilem.

III. PALATIUM, quod specialiozem jam Rerum, verborum, phrasium & Regularum diductionem exhibebit, cum omnibus præcipuis orationem ornandi Artificijs, & materias quaslibet variè e'loquendi modis. Quibus addendum quidquid grammaticarum præceptionum restat, de Anomalis, Syntaxi figuratâ, Hellenismis. Nempe, ut latinitatis candidati discant in *Palatio 1. Stylum Epistolicum*: cursorium quidem illum negligentiozemq; purum tamen & fluidum. *2. Stylum Historicum*, altius paulò assurgentem, magisq; cum cura elaboratum. *3. Stylum Oratorium*, plane accuratum, gravem, sublimem. *4. Poëticum* seu numeris adstrictum, cum simplicem, ut in Elegiacis, tum grandem & pomposum, ut in Lyricis, Tragicis &c. carminibus.

IV. THESAURUS ipse latinitatis sequetur, qui Authores Latinos, omnem rerum & sermonis varietatem explicantes, producit. *Verum enumerat bonus vir, præter historicos & oratores, etiam alios cujusq; generis aut facultatis authores: in quo mihi, ut & profusissimis suis promissionibus, nimium videtur luxuriari; inventio aliâ ingeniosissima est.* *3. Antonius Schorus* in lib. de Rat. disc. docendæq; Lingvæ

Latinae, incipientibus, sed tamen fundamenta grammatica edoctis, author est Epistolas Ciceronis & resolvere & imitari discere.

Exemplum ἀναλόγεως.

Cicero Filius Tironi S. P. D.

Etsi iustā & idonea usus es excusatione intermissionis Literarum tuarum: tamen id ne sæpius facias, rogo. Nam etsi de Reip. rumoribus & nuncijs certior fio, & de suā in me voluntate semper ad me perscribit pater; tamen de quavis minimā re scripta à te ad me Epistola semper fuit gratissima. Quare cum inprimis tuas desiderem literas, noli committere, ut excusatione potius expleas officium scribendi, quam assiduitate literarum. Vale!

Iusta & idonea excusatione uti intermissionis literarum; Hæc loquendi forma vulgaris non est. Respondet ei, Accipere excusationem. Notanda sunt hic quæ substantivis adæquate attribuuntur Adjectiva. Deinde, intermissio, Nomen à verbo deflexum. Tamen id ne sæpius facias rogo) Duæ voces (ut non) unā particulā (Ne) exprimantur. Rogo ne sæpius facias. Barbari: Rogo ne adhuc semel facias: rogo ne iterum facias. Sed Cicero illo modo loqui solet.

Nam etsi de Reip. rumoribus & nuncijs certior fio] Nuncius dicitur latinè, & nuncij nunciorum; Non Nuntium, nuntia nuntiorum: Nam Nuntius tam rem significat, quæ nunciatur, quam eum qui nunciat: junguntur sæpè à Cicerone ut finitima, Rumores & nuncij. Et de suā in me voluntate semper ad me perscribit Pater) Vulgus: scribere ad aliquem quomodo quis sit erga eundem affectus.

Tamen de quavis minima re) Propositio ordinariè præponitur,

ponitur, nonnunquam etiam sequitur sua nomina. Quare cum desiderem) vox (cum) etiam indicativum in hoc genere sermonis habet.

Noli committere, ut excusatione potius expleas off.) *Vulgus*: satisfacere velle excusationibus, quare aliquis non scribat. Excusationes pro literis mittere &c. Quam Assiduitate Literarum) *Vulgus* ait: usurpatur id sapius, quod nostro idioma- ti est similis: officium facere scribendo sepe literas &c.

Exemplum Imitationis

GRATULANDI FORMÆ.

M. T. C. PROCONSUL C. MARCELLO,
consuli Desig. S. P. D.

Maximâ sum Latitiâ affectus, cum audiivi te consulem factum esse: eumq; honorem tibi Deos fortunare volo: atq; â te pro tuâ parentisq; tui dignitate administrari. Nam cum te semper dilexi, amaviq; quod mei amantissimum cognovi in omni varietate rerum mearum: tum patris tui pluribus beneficijs, vel defensus tristibus temporibus, vel ornatus secundis; necesse est ut & sim totus vester, & esse debeam. Cum præsertim matris tuæ gravissimæ atq; optimæ foeminæ, majora erga salutem dignitatemq; meam studia, quam erant â muliere postulanda, perspexerim. Quapropter â te peto majorem in modum, ut me absentem diligas atq; defendas, Vale!

Imitationis præparatio.

Primus ambitus continet gratulationem, cujus 1. Membrum, gaudium est. 2. Membrum, ea quæ Marcello precatur, complectitur. *Modus disp.* in priori membro talis est: α. Ipsum Gaudium. β. Origo tanti affectus exprimitur. *Modus disp.* in posteriori hic est: Verbo

precandi infinitivo adjectivo, *α*. Fortunæ bona: *β*. Virtutis subsidia collocantur.

Secundus ambitus causas amoris comprehendit, quarum tres enumerat. 1. est mutuus amor & quasi objectivus Marcelli: manus enim manum fricat. 2. est ingens meritum patris Marcelli in omni fortunâ, quæ causa ornata est α. Contrarijs. β. obligatione gratissima. 3. Ponit eam amoris causam, quæ à matre est profecta, cujus beneficia supra sortem fœmineam extollit.

Clausula Petitionem habet duarum rerum: *α*, ut se diligat. *β*, ut se defendat.

Imitatio ipsa,

Quâ verbis mutatis, formam totam gratulationis exprimere quis potest, hæc esto:

Vehementer lætatus sum, cum intellexi te tam amplios honorum gradus esse consecutum; easq; dignitates velim tibi prospere venire, atq; te ex Reip. commodo tuæq; familiæ gloriâ & laude, administrare. Nam cum te semper charum habui, plurimiq; feci, quia amicissimum continenter omnibus meis necessitatibus & periculis sum expertus: Tum parentis tui officijs, vel sublevatus rebus adversis, vel affectus honore prosperis, ut & ego totus, & omnia mea vestris beneficijs sint obligata. Cum præsertim fratris tui minimi natu, pueri ingeniosissimi & optimi animi officiosorem erga incolumitatem famamq; meam, quam à tali ætate expectatur, perviderim. Quapropter etiam atq; etiam te rogo, ut me ames atque tuearis. Vale!

Hæc arte formæ commendandi, consolandi, supplicandi, aliæq; possunt ad imitandum discipulis tradi. Tyro pro styli exercitatione certum authorem transferat in vernaculam, quem ubi absolverit, denuò in Latinam.

Regulæ διδασκαλοφίλων pro Magistro & Discipulo,

I. Docens non doceat quantum ipse docere potest, sed quantum capere discens: Non enim vasculum capit liquorem pro voluntate

luntate infundentis; sed quilibet eundem instillat pro capacitate vasis.

II. Præceptor sustineat molestiam informandi; tyro solam aviditatem imitandi. Nutrix enim præmansos ingeret cibos infanti, ut sola huic & blanda queat superesse digestio.

III. Docebit quisq; perspicue, & ceu vivos discendorum colores representabit discantium oculis. Ductor enim in luce quàm tenebris ducit expeditius: quid namq; est aliud $\pi\alpha\rho\delta\alpha\gamma\omega\gamma\epsilon\tilde{\iota}\nu$, quam tutò & sine trepidatione ducere pusillos?

IV. Discendorum mole nunquam gravabitur discipulus, quem admodum enim voraces, temperantibus ægriores, nequaquam verò erunt salubriores; ita non qui multa legunt, audiunt, memoriæ credunt, docti fiunt; sed qui quod talitèr percipiunt, ritè intellectum ad saniores usum maturè transferunt.

V. Tria semper in discipulo formanda sunt: Mens, Manus & Lingva. Mens, ut rem quam discit intelligat. Manus, ut scripto præceptum exprimat. Lingva, ut promptè intellectum edisserat.

VI. Calamo prius quam Lingvâ videtur esse tentanda textuum intellectuum praxis. Inter enim scribendum, deliberandi spatium adest, consulendiq; potestas, vel memoriâ, vel assessorem, vel libros: quocirca omnium saniorum iudicio, Loci communes aliq; subsidiarij libelli sunt comparandi, in quibus notet discipulus generales Autorum indices, ad inveniendum, quis autor, & quid de hac vel illâ materiâ scripserit; habeatq; in promptu eruditionis jam partæ quoddam promptuarium.

VII. Summus autem gradus, omniumq; profectuum apex est, Res fide notatas & intellectas lingvâ promptè reddere. Tantum enim unusquisq; præsumitur scire, quantum poterit applicare

plicare, dixit frequentè olim *Bæclerus*. Etenim si saltem referre discipulus aslueverit, quod vel interdiu, vel pridie didicit, vidit, audivit; incredibile est, quanto id celerrimi profectus ei fuerit compendio.

VIII. *Prima eruditionis fundamenta accuratè ponenda sunt, totum enim aliàs quod superstruxeris, vacillat.* Vitium enim concoctionis primæ, non corrigitur in secundâ. Et error initio numerationis admittus non tollitur, nisi operatio destruat & redeatur ad principia. Hinc est Græcorum: *πρὸς τὸ βραδέως*, & Latinorum: *Festina lente*; satis namq; festinat, qui recto ad scopum tendit tramite.

IX. *Errorem cum discipulo pernoctare periculosum est.* quicquid ergo docetur doceatur accuratè, & fiat repetitio hebdomade quavis, non nunquam etiam examen, ne error inoleseat.

X. *Doctorem discantis Naturam oportet perscrutari.* Scrutinium autem erit I. Physicum, ut aliter acutum, aliter tardum tractetur ingenium; illud regularius, hoc indulgentius, 2. Ethicum, ut *o.* Coerceantur os scitantes & maligni; *β.* Laude incitentur diligentes & probi, quæ cæteris diligentia exempla & stimuli non desint. Nota: interdum præcocia hebescunt; vicissim habetia ingenia acuntur. Unde est illud: *Odi puerum præcoci ingenio.*

XI. *Quâ hora lectio aliqua fuerit proposita, eadem sequenti die recitanda est, & alia superaddenda.* Memoria enim subsidia sunt locus & tempus, docente *Cic.* in oratore.

XII. *Ut in omni Lingva, ita quoq; Latinâ, usus loquendi & exercitatio ambas, ut ajunt, paginas implet.* Sic enim docentem potest rogare discipulus, hunc titubantem emendare Magister. Ita ludendo magis quam studendo discitur: lusu namq; gaudent puelli, quorum si nulla intersponas gaudia curis, brutescunt.

XIII. *Modus informandi, quem donum communicandi vocant, pro varietate ingeniorum discrepat.* Quorundam enim cura sanandi morbos ignorantia felicitior, aliorum inauspiciator est. Illi actione gratiarum; hi verò precibus & industria recreabunt fortunam suam. Quocirca diligentè cavebit discipulus, ne majorem incitiae suæ culpam in præceptoris inertiam, quam propriam negligentiam transferat: unusquisq; cordatus enim operatur juxta talentum, *Math.* 25.

Et tantum de Lingvâ Latinâ, de quâ prolixius differere volui, cum cura professionis meæ in eandem hætenus sex annos incubuerat.

Exercitatio Sexta

199

DE LINGVA GRÆCA.

Propositio

L

DE hac lingvâ hoc loco multis differere minus esse necessarium puto; cum quia, quæ antea de lingvarum origine, puritate, præstantiâ, docendi discendiq; Methodo dicebantur, huc accommodari maximam partem possint; tum quòd universam ejus ex professione multitudinem tractare ad alios pertineat.

II. Est enim Lingva Græca duplex: *profana & sacra.* illa est, quâ Philosophi, Oratores, Poëtæ & Historiographi, in artibus, orationibus, carminibus & historijs suis conscribendis usi sunt, ut Plato, Aristoteles, Demosthenes, Isocrates, Homerus, Pindarus, Theognides, Phocylides, Herodotus, Thucydides, Diodorus Siculus &c. *Hac est quam Sacri Scriptores, Evangelistæ & Apostoli in exarando N. Testamento: & LXX alijq; interpretes in vertendo veteri T. Nec non S. patres Græci in defendendâ fide catholicâ, & consignandâ historiâ Ecclesiasticâ usurparunt, de quâ h. l. agitur.*

III. Hinc patet cognitione lingvæ græcæ Studium Theologiæ carere nequaquam posse, idq; 1. ob Textum originalem N. Testamenti; cujus omnes libros græcam lingvam agnoscere pro authenticâ, præter B. *Gerhardum* in L. C. cæterosq; orthodoxos, ritè probatum dedit Dn. D. *Calovius* noster in *Critico sacro* p. 439. seqq. Nec non Tom: 1. L. C. p. 736. seqq. Rationes verò, cur Deus hac lingvâ N. T. primò scribi voluerit, has duas adfert *Quistorp.* in Annot. 1. Quia ex angustijs judææ

finibus in latiore campum suam doctrinam erat educturus, id autem poterat optimè hac lingvâ fieri, quæ tum erat toto orbe vulgatissima. Sic enim *Cic. in orat. pro Arch. ait: Græca legebantur in omnibus populis.* 2. Ut ita Græcorum philosophorum idololatriam refutaret.

IV. Stylum N. Testamenti quod attinet, eundem Hellenisticum esse & Hebraizantem, omnes hæud gravatim Critici sinceriores agnoscunt, nequiequam contradicente *Sebastiano Pfochenio in Diatribæ de ling. Græcæ N. T. puritate*: hic enim ostensurus Textum N. T. verè græcum esse, nec alieniorem à stylo Græco profano. I. Authores profanos iisdem saltèm verbis & phrasibus nonnullis locutos esse, quibus scriptores N. T. non verò integrum textum esse purè Græcum demonstrat, quod erat in quæstione pag. 8. §. 27. Quin potius 2. Ultrò largiatur Græcos Authores nonnunquam loquendi modos fuisse mutuatos ab Hebræis E. G. pag. 76. §. 98. ad locum Apoc. 19: 16. ait: Hic in verbis *κῦρις, κυρίου βασιλεὺς βασιλέων*, Hebraïsmum latere opinantur. Verum quidem est, Hebræos singulare & excellens quippiam expressuros sic solere estari, ut ex inscriptione Cantici Salomonis apertum satis est. Talis autem ea est: *Schir Haschirim*, canticum canticorum, h. e. canticum excellentissimum. An iccirco verò est Hebraïsmus? Certè ita etiam scripsit & locutus est Sophocles in *Electrâ* v. 854: *Δελάια δελάτων σὺ εἶ*: infelix infelicissim (h. e. infelicissima) tu es. Erasmus in *Chiliad. ἐσχάτων ἐσχάτα κατὰ ἀξιοπείραται*, *Extrema extremorum mala* &c. Et hunc sermonis typum (ait Erasmus) Græci videntur ab Hebræis mutuo sumpsisse, qui ἐπίθασιν ejusdem dictionis congeminatione significabant.

V. *Hellenismus autem est stylus Græcohebraicus, quo vocæ Græca ponuntur in formâ constructionis hebrææ. Unde Jo: Boeclerus in Dissert. de lingvâ N. T. Textum ejus de verbo ad verbum in lingvâ Hebræam verti posse asserit, quem etiam Argentinx à se recensitum ante aliquot annos emendatissimè edidit. Huic sententiæ quoque è Calvin. adstipulatur Beza in Annot. Maj. in N. Test. E. G. Math. 1: 1. βίβλος γενέσεως i. e. recensio generationis, Hebræorum idiotismo, ut Genes. 5: 1. Sopher tholedoth, quamvis istud sit plurale & posteros designet, hoc verò singulare, ut Christi παρούσας declarat. Sic Luc. 2: 22. παρᾶσῃσαι τῷ κυρίῳ, ut sisterent eum Domino, vel ut commendarent inquit Erasmus. Ego vero nusquam legi hoc verbum in eâ significatione.*

Et tamen si hoc concederem, apparet τὸ παρᾶσῃσαι respondere verbo *Hehebir*, quo utitur Moses Exod. 13: 11, quod ad verbum declarat transire facere: id est, sistere in conspectum. Et v. seq. 23. *primogenitus, ἕνα ὄρον μήτρων.* Ad verbum; *Adaperiens matricem*, Hebraicè *peter rechem: i. e. παρωτότομον.* Neq; enim simpliciter declarat eum qui nascitur (ut putavit Erasmus) sed eum demum, qui primus nascitur. Paulò post v. 26: *Non visurum mortem, μή ἰδέειν θάνατον, i. e. mortem non sensurum.* Hebræa periphrasis Ps. 89: 49, *Mi Geber ijchieh velo ijreh maveth,* quis vir vivet & non videbit mortem. Eodem vers. *Christum illum Domini, τὸν ἕνα σὸν κυρίου:* Hebraicè, *Hammeschiach jehovah.* Est autem hæc appellatio omnibus Regibus communis apud Hebræos. Sed Messix nomen peculiari prorsus ratione convenit Jesu Salvatore. Ideoq; rectè h. l. Beza licet alibi barbarissimos quærens & judaizans in multis, expressit

articulum. Cujus per plurimam annotationes cœteram hanc controversiam illustrant, de quibus consulatur ipse.

VI. Idem sentiunt γνησίως Lutherani quorum sententiam de nonnullis locis Apostolicis adducam. E. G. Eph. 4: 24, dicitur novus homo conditus ἐν δικαιοσύνη καὶ ὁσιώτητι τῆς ἀληθείας. super his verbis ita commentatur sed breviter Dn. D. Cundisius in notis super L. VI. de Imag. Dei p. 507: *Quid præcipuè fuerit imago Dei, ad quam renovamur, dilucidè satis ibidem exponit Apostolus, qui eam collocat in justitiâ & sanctitate veritatis.* Phrasis autem Hebræa Sanctitas veritatis, ponitur pro sanctitate verâ. Confer. Pl. 2: 6, *Al Tsyon har Kodschi*, super Sion montem sanctitatis meæ, i. e. interprete Pagnino: *Montem sanctum meum.* Talem etiam idiotismum hebræorum occurrere v. 22. notavit Beza per ἐπιθυμίαις τῆς ἀπάτης desideria erroris vulg. i. e. cupiditates seductrices. Similes constructiones observavit Dn. D. Fridlibius Col. 1: 11, *omnipotentia potentis facti secundum robur gloriæ ejus, κατὰ τὸ κράτος τῆς δόξης αὐτοῦ*, h. e. gloriosum robur ejus. Ebraismus est quando duo substantiva concurrunt, & alterum induit naturam adjectivi. Sic v. 13: *Transtulit nos in regnum τῆ ἡε ἀγάπης αὐτοῦ* Filij dilectionis suæ, h. e. *Filij sui dilecti.* Idem Rom. 9: 22. *Deus tulit longam benignitatem σκεῦη vasa iræ.* Græci σκεῦη appellant, ut & Latini vasa quæcunq; instrumenta ad usum domesticum pertinent. Sed Hebræi præterea Cheli ad homines ipsos transferunt, Gen. 49: 5. quem Ebraismum Paulus h. l. imitari voluit. Itidem v. 31. *Israel sectando νόμον διακαιοσύνης legem justitiæ, in legem justitiæ non pervenit*, h. e. *justitiam legis, in statu regiminis per Hypallagen Ebræis usitatam.* Et in sexcentis Exemplis alijs per totum N. T.

Helle-

Hel'enismos demonstrat. Unum adhuc placet addere
 2. Tim. 3: 16. *πᾶσα γραφή θεόπνευστος, καὶ ὠφέλιμος*
πρὸς διδασκαλίαν. *Omnis scriptura divinitus inspirata &*
utilis est ad doctrinam &c. ut rectè vertit Leo Judas. In
 hoc Aphorismo vocula *θεόπνευστος* non pertinet ad sub-
 jectum enunciationis, ut quidam volunt, ita ut illâ Pau-
 lus hanc scripturam separet à profanâ. Quod probas-
 re rectè quidem hunc in modum nititur Dn. D. Qui-
 storp. in Annot. super h. l. p. 37. Nam 1. *precedenti ver-*
siculo jam subjectum determinaverat, ἱερὰ γράμματα (ut
 his verbis synonyma sint *πᾶσα γραφή*, quare & vox
πᾶσα à Theod. Beza redditur voce tota) *nominârat, &*
sic supervacanea hic foret determinatio. 2. *Particula καὶ hanc*
vocem cum reliquis, quæ predicati vicem obtinent, necesse est, per-
tinet igitur ad predicatum, & illam scripturam, quam dixerat
sacram, commendat ab autoritate inspirantis Dei. Verum
 sollicito sciendi ingenio, cur non potius hoc versu vox
 saltèm complexa & syncategorematica proponatur,
 quam integrum axioma, cum desit non solum copula &
 vinculum EST, sed & ipsum verbum? Non potest sas-
 tis fieri commodiùs, quam cum B. Gerhardo in L. C.
 statuere, quod lateat in hoc textu Hebraïsmus, quo co-
 pula excluditur. E. G. Ps. 19: 8, *Thorath jehovahs themis-*
mab, i. e. Lex Domini perfecta. *Eduth jehovah Neema-*
nab, i. e. Testimonium Domini fidele. v. 9. *Piccude jehov-*
vah jescharim i. e. præcepta Domini recta. *Mitsvath jeh-*
hovab barab, i. e. Mandatum Domini purum, sc. EST. &c.

VII. Ut autem pateat exactiùs quid sit *Hellenismus*,
 vocabula eidem conjugata *οἱ ἑλληνισαὶ καὶ τὸ ἑλληνίζειν*
 expendenda sunt.

Beza in c. 6, Act: v. 1, *judicium hoc est, ex occasione*

verborum: ἐγέρετο γογγυσμὸς τῶν ἑλληνιστῶν πρὸς τὸς Ἰβραῖους. *Libentè Gracienses istos (ἑλληνιστῶν) appellassem, sicut salem Romanensem vocat Cato, qui Romæ venalis erat, & scimpodium Graciense Gellius, non in Graciâ, sed ad Gracorum similitudinem fabrefactum. Differunt igitur ἑλληνιστῶν ab ijs quos Paulus solet, ἑλλήνας διέτος, judæis opponere, & Hebræi Gentium nomine significant. Sunt enim ἑλλήνες generali appellatione desumptâ ab unâ Gracorum gente, dicti omnes incircumcisi, ijs etiam comprehensis, quàm diu Lex viguit, qui licet non circumcisi, ab Idololatriâ tamen abhorrentes cognitione veri Dei erant imbuti, quos vocare in his libris Lucas consuevit ἑθνομίετες, qualis fuit Cornelius, & alius ille Centurio, cuius fidem tantoperè predicat Christus, illi deniq; quorum fit mentio Iob. 12: 20. ἑλληνιστῶν vero Lucas hoc loco vocat genere quidem prophanos, sed in Iudæorum gentem per circumcisionem adscitos & profelytos propterea vocatos: Falluntur enim qui judæos inter aliàs gentes dispersos putant ἑλληνιστῶν dici: Iudaizantes autem incircumcisos secum versari minimè sustinisset Ierosolymitana Ecclesia, multo post tempore graviter offensa quòd Petrus ad Cornelium esset ingressus. Paulus verò quantumvis Tarsensis, sese Hebræum vocat. 2. Cor. 11: 22. Itaq; sicut Religionis respectu ἑλλήνες judæis; ita propter stirpis discrimen ἑλληνιστῶν Hebræis opponuntur.*

Et dum exorsurus Annotationes in Epistolam ad Hebræos, probasset Authorem ejus esse Paulum, cum ex ipso titulo, quem in omnibus codicibus, ἐπιστολὴ πᾶυ-
 λῶ fuisse inscriptum dat fidem, uno tantum excepto, in quo duntaxat scriptum erat πρὸς ἑβραῖους, tum ex 2. Pet 3: 15, & stylo, nec non documentis alijs, ait: Ad Hebræos, i. e. ad Ecclesias Iudææ, ac præsertim ad Ierosolymitanam. *Nam judæorum nomen omnes ejus gentis homines in genere tum*
designa-

designabat. Itaq; speciali appellatione provinciales, i. e. qui per orbem terrarum, ac praesertim in occidente & Asia minoris Regionibus erant dispersi, ab ijs distinguebantur qui antiquas sedes obtinebant. Illi Ἕλληνισαί, isti antiqua gentis appellatione Hebraei dicebantur, ut apparet ex Act. 6: 1, ex quo tamen loco satis liquet Palaestina Ecclesias, ex duobus istis Iudeorum generibus fuisse coactas, neq; tamen mirum est, tum a situ, tum a majore multitudine, utrosq; communi Hebraeorum nomine significari.

VIII. Ad locum verò Act. XI: 26, ex occasione verborum: ἐλάλουν πρὸς τοὺς Ἕλληνας, paulò aliter è Scaligero in Eusebium. Lib. 3. Can. Ifag. notat Quistorp. in N. T. p. 216: judæis unam Religionem καὶ Ἱεροσολείας Metropolim fuisse Hierosolyma, tres autem πολιτείας Metropoles fuisse, Hierosolyma, Babylonem, Alexandriam. Duxæ erant Διοσποράς, Asiana, ad quam scribit Petrus, Europæa, cujus mentio fit Joh. 7: 35, ita uno nomine vocabantur Judæi Inquilini inter paganos & gentes, quod nomen invenitur in Talmud. Sed judæi Græcè & Latine ignari, quid id verbum sit nesciunt. Asiaticæ Διοσποράς caput erat Babylon, ijq; judæi utebantur utunturq; adhuc in Synagogis paraphrasi Chaldaica Onkelos, ad eos scribit Petrus ex ipsa Metropoli Babylone. Διοσποράς Europææ Metropolis erat Alexandria. ij Judæi habebant templum quasi, quantum Hierosolymitani, & Græcâ paraphrasi LXX. interpretum utebantur, ob id dicti Ἕλληνας αἱ hic & Act. 6: 1. Nam Ἕλλησιζέειν, non est habitare in Græciâ, sed Græcâ lingvâ uti. Tertium genus πολιτείας, erant judæi attributi Metropoli Hierosolymitanæ Ἱεραίου: Cit. L. dicti (à quibus distinguebantur οἱ Ἕλληνας αἱ)

σὰι) ij paraphrasi Hierosolymitanâ, quæ hodiè extat, utrebantur.

IX. Quæstio hinc extat, an sic Textus N. Testamenti sit purus, & liber à barbarie & solœcismis? R. I. *Purum* (a) interdum idem est quod *Simplex* & nullo extraneo vel adventitio commixtum, quo pacto stylum N. T. *Absolutè* purum esse vetant partim per plurimæ voces & nonnullæ sententiæ quoq; Syriacæ & Hebrææ, de quibus postea, partim formulæ loquendi profanorum Poëtarum citatæ ab Apostolis; utpote *Arati* versus, Act. 17: 28, τὸ γὰρ γένος ἔσμεν. *Menandri* 1. Cor. 15: 33, φθείρου ἡ-θὴ χρηθ' ὁμιλίαι κακὰι. Et *Epimenidis* poëtæ Cretensis carmen. Tit. 1: 12. κρητὸς αἰεὶ ψεύσαι κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. κατὰ τιν. ἔ in *Charactere communi* nominatum textum, etiam hoc respectu, dici purum nihil prohibet, cum O. denominatio fiat à potiori. (β) Interdum idem est quod *congruum*, & opponitur vitijis Grammaticis, quo respectu, cum is erat primariò in quæstione, dico Textum N. T. ti omnino esse purum atq; salvum. Inveni sunt olim plurimi gentiliū, dum adhuc Ethnicismo sorderet imperium Romanum, qui libros N. T. ti passim à Christianis distractos accusabant, ac coram vulgo traducebant velut, βαρβαρίζοντας, σαλοκρίζοντας καὶ ἀλιευτικὸς, ut referunt passim Eusebius, Hieronymus, Chrysostomus & alij. Neq; hac culpâ omnino vacant *Pererius Pont Brasms* & *Beza*. ideoq; R. 2. concedendo quidem scripturam sacram neutiquam *proicere ampullas* ἔ *sesquipedalia verba*, ut ait Horatius, quale genus dicendi pomposum, apud oratores, poëtas, omnesq; adultores inveniri solet, quin potius fastuosum sermonis characterem valdè abominari, 1. Cor. 1:

17. ἐκ ἐν σοφίᾳ λόγῳ, conf. v. 18. 19. 20. Ἄλλα διατῆς
 μωρίας τῆ κηρύγματῳ, v. 21. item 1. Cor. 2: 1, ἦλθον
 ἐ καὶ ὑπεροχῆν λόγῳ ἢ σοφίας conf. v. 2. 3. Καὶ ὁ
 λόγῳ, με καὶ τὸ κηρύγμα με ἐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρώπι-
 νης σοφίας λόγοις, v. 4. ἵνα ἡ πίστις ὑμῶν μὴ ᾖ ἐν σο-
 φία ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ, v. 5. Ἄ καὶ λαλῶ-
 μεν, ἐκ ἐν διδασκατοῖς ἀνθρώπινης σοφίας λόγοις, ἀλλ'
 ἐν διδασκατοῖς πνεύματῳ, ἀγίῳ v. 13. Tamen etiam
 vicissim contendo purè & sine vitij loquendi fluere
 stylum N. Testamenti, quod ipsum hisce stabilire co-
 nabor Firmamentis.

X. 1. Quia Scriptura S. & quoad verba & quoad
 sensum sanctis Dei hominibus inspirata est, quod col-
 ligit Dn. D. Höpffnerus ex 2. Tím. 3: 16. & alij ex 2. Pet.
 1: 21. Ps. 119: 11. Rom. 3: 2. Exod. 34: 27, 28. Hos. 8: 12.
 Ps. 45: 2. Esa. 51: 16. Jer. 30: 1. &c. 36: 2. Math. 5: 18. &c.
 Ergo Spiritus S. qui dedit eloqui illis, Act. 2: 4, quiq̄ue
 Lingvæ sermonisq̄; artifex & Rector est, supremusque
 Deus, summâ injuriâ afficeretur, si illius sermo incusa-
 retur vitiositatis. 2. Quemadmodum sibi suum cuiq̄ue
 pulchrum est; ita sua unicuiq̄; nationi dialectus putatur
 esse castigatissima. Dum verò conferuntur Stylus pro-
 fanus & sacer, videri ille quidem Ethnicis & Christianis
 etiam paganizantibus, artificiosior & augustior potest;
 verum sic justificatur sapientia à filiis suis, Math. 11: 19.
 3. Saniores Græci in summam admirationem adducti
 sunt, propter profundam sapientiam locutionis aposto-
 licæ; tam perspicuè enim, licet simpliciter, locuti sunt
 legati Dei, ut etiam à Græcis sine interprete potuerint
 intelligi, Act. 2: 11. c. 17: 23. Et c. 24. 10. Et c. 25: 21. ubi
 à Cretenſibus, Felice, Festo alijsq̄; Græcis audiebantur

sine impedimento. Nec putandum est Paulum aliter scripsisse, aliter verò cum Atheniensibus alijsq; fuisse locutum. Et quid inconcinnum magis quæso, quam gentium Apostolum, qui gentes doctum emissus erat, ab eis, velut obleurum & barbarum non potuisse intelligi? Contrarium ipse inculcat, 1. Cor. 14: 6: 7. seqq. Nec est quod quisquam invertat, intellexisse obiter tantum & minus adcuratè gentes quid dixerint scripserintvè Apostoli; Cum γλώσσις ea N. T:ti textus, de quâ hic sermo est, præsupponatur esse solida, & quæ proficiatur ex fundamentis. Etenim qui aliter scriberentur Epistolæ ad Græcos qui Hebraicè nesciebant? Quinimò populosissimas Græciæ urbes Evangelium fuisse amplexas, Christumq; agnovisse & conversas legimus. 4. Apostoli diligenter admonuerunt discipulos suos, ut retinerent *ἑσθησιον*, seu formam sanorum verborum, 2. Tim. 1: 13. Hoc est, Summam sinceræ religionis, non solum quoad rem ipsam, sed & quâ *ῥησιον* & verba, tenerent inviolatam. Unde *Beza* putat hic significari inprimis ipsam docendi formam & rationem, quam priore ad Corinthios Epistolâ tantoperè conqueritur Paulus fuisse profanæ Eloquentiæ fuce deformatam. Igitur non fuere Apostoli sermonis imperiti æstimatores.

XI. 5. Agnoscunt idem præter *Lactantium* & *Ambrusium*, *Hieronimus* contra *Iovinianum*, ac Epistolâ ad *Pammachium*: & ipse etiam *Augustinus*, qui loquatur pro cœteris; sic enim Lib. 3. Confess. c. 5. ait: institui animum intendere in scripturas sanctas, ut viderem quales essent: Et ecce video rem non compertam superbis, neq; nudatam pueris, sed incessu humilem, successu excellentiam

cellam & velatam mysterijs, & non eram ego talis, ut intrare in eam possem, aut inclinare Cervicem ad ejus gressus. Non enim sicut modo loquor, ita sensi cum attendi ad illam scripturam, sed visa est mihi indigna, quam Tullianæ dignitati compararem: Tumor enim meus refugiebat modum ejus, & acies mea non penetrabat interiora ejus. *Et lib: 6: c. 5. ait.* Eoq; mihi illa venerabilior & sacrosancta fide dignior apparebat Auctoritas (puta Scriptura) quò & omnibus ad legendum esset in promptu, & secreti sui dignitatem in intellectu profundiore servaret, verbis apertissimis & humillimo genere loquendi se cunctis præbens, & exercens intentionem eorum, qui non sunt leves corde; ut exciperet omnes populari sinu. &c. *Idem de Doctr. Christianâ Lib. 4. c. 6. ait:* Possem quidem, si vacaret, omnes virtutes & ornamenta Eloquentiæ, de quibus inflantur isti, qui linguam suam nostrorum auctorum linguæ non magnitudine sed tumore præponunt, ostendere in istorum literis sacris, quos nobis erudiendis, & ab hoc seculo pravo, in beatum seculum transferendis, providentia divina providit. Sed non ipsa me plus quam dici potest in illâ eloquentiâ delectant, quæ sunt his viris cum oratoribus gentilium Poëtivè communia, illud magis admiro & stupeo, quòd istâ nostrâ Eloquentiâ ita usi sunt per alteram quandam eloquentiam suam, ut nec eis deesset, nec eminere in eis: quia eam nec imbrobari ab illis, nec ostentari oportebat: quorum alterum fieret si vitaretur, alterum putari posset, si facilè agnosceretur. Et in quibus fortè locis agnoscitur à doctis, tales res dicuntur, ut verba quibus dicuntur, non à dicente adhibita, sed ipsis rebus velut

sponte subjuncta videantur: quasi sapientiam de domo suâ, id e. pectore sapientis procedere intelligas, & tanquam inseparabilem famulam, etiam non vocatam sequi eloquentiam. *Et porro multis prolixè de Eloquentiâ sacrarum literarum disputatis Cap. 7. ait: Sed malè doctis (sciolis) hominibus respondendum fuit, qui nostros authores contemnendos putant, non quia non habent, sed quia non ostentant quàm nimis isti diligunt Eloquentiam. Et tandem circa finem inquit ejusdem cap. Nequè enim hæc humana industria composita, sed divinâ mente sunt fusâ & sapientèr & eloquentèr, non intentâ in Eloquentiam sapientiâ, sed â sapientiâ non recedente Eloquentiâ.*

XII. *Objectiones facillè repelluntur, utootes, 1. Authores profani Græci scripserunt purè, Apostoli imitati sunt dialectum hebræam. E. redolent barbariem. R. (a) unum non excludit alterum, si purum opponatur vitio sermonis; si v. purus Gracismus opponatur Hellenismo, rectè dicit Dn. D. Calov, in pœdiâ Theolog. p. 89. dum ait: Lingvam N. T. non esse purè Græcam, sed Hellenisticam, haud gravatim agnoscimus. B. Quod autem Apostoli ab Atheniensibus alijsq; Græcis potuerint intelligi, & consequentèr Homerus, Pindarus, Plato, Demosthenes, Isocrates &c, si reviviscerent, possent Novum Testamentum intelligere, causâ non est, quod Textus N. T. alienior non sit â stylo Græco profano (ut sentit Pfochenius in Diatribæ de ling. Græcæ in N. T. puritate, quàm ideò sub censuram revocavit Calovius in critico sacro, pag. 452.) sed quòd simpliciter, sine fūco & pigmento doloso, sine figuris & ænigmatibus, sine tricis phaleratis & philosophicis, veritatem coelestem annuñciaverint & scripserint*
Christi

Christi discipuli. Interim tamen non est negandum, profanos quoq; auctores in nonnullis exemplis κατὰ λέξιν similiter fuisse locutos. γ. Quis patietur, iudice, Fridlibio, Hebraismos & Syriasmos dici barbarismos, præsertim si possint cognosci? Potius Grammatici Græci inter paganos, agnoscant suam infirmitatem, & sua locupletent imperfecta Præcepta ex Scholâ spiritus sancti, & nullam sibi virgulam censoriam sumant in iudicem orbis terrarum. δ. Hebraismus suâ minimè caret elegantia, sed ut Græcismus in Cicerone & Virgilio adhiberi solet loco ἐμφάσεως: ita ille in N. T. to. conf. *Sacra Exercit. Heinsij, & Sixtinus Amama in Antibarbaro Biblico.*

XIII. II. Solæcismus formalitèr non est vitium, quia non provenit ex malo habitu. Hanc enim esse sententiam Beza patet ex commentario ejus & digressionem de dono linguarum & apostolico sermone super Act. X: 46. p. 502. ubi dicit: Sic igitur potius constituo, simplicitatem in Apostolicis scriptis summam agnosco, hyperbata, anantapodota, solæcismos etiam aliquos non diffiteor. Sed illud ego virtutem, non vitium appello: Ab istis verò quis vel Demosthenem vel Homerum ipsum vindicabit? R. 1. Manet tamèn esse solæcismus & vitium, quia non vitiosus agentis habitus est forma vitiositatis, sed aberratio à normâ justitiæ: exactior autem hujus Regulæ faber, & Etymologista sublimior est Spiritus sanctus, quam universa Grammaticorum profanorum ars. 2. Rectè quidem Beza distingvit inter simplicitatem (modò intelligat prudentem & supercilio oppositam) & solæcismus; perperam tanem utrumq; conjungit. 3. Notus est fundamentalis error Calviniano-

rum, saniores Ethnicos lumine naturæ potuisse salvari; non E; est mirum, quod sapientiam mundanam præferat cœlesti Beza, contrarium verò sentit Paulus 1. Cor. 1: 25, *μωρόν τῆ θεῆ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστίν.* Instat idem pag. 503: *Sed cur ista potius simplicitas placeat, quam ornata Elocutio, gravissimas causas habuerunt Apostoli: atq; adeò cur interdum etiam balbutiendum, atq; adeò solœcissandum cum vulgo putarent. Sic placuit Deo confundere hujus seculi sapientes, ut ex professo Paulus adversus Corinthios illos disertulos disserit. Deindè, res illis erat maximâ ex parte cum rudibus ac plebeis hominibus: quorum sermonem si quis ad Grammaticorum aut Rhetorum præcepta exegerit, ineptè profectò fecerit.* 1. Rursus confundit stylum simplicem & liquidum cum vitioso. 2. Quod attinet causas, respondeo, non semper id revera factum est, cujus qualiscunq; excogitari causa potest, cum nequè id semper fiat, cujus causa extat gravissima, ut Deus mundum non condemnavit, quamvis peccavit. 3. Ponitur pro concessio quod est *κρινόμενον*, α. Ornatam Elocutionem textui sacro minimè negabat *Augustinus*, Sanctam scilicet & simplicem prudenter; affectatam verò & superbam illam, quis approbaret? β. Balbutie verò & loquendi trepidatione non erat opus, quibus necessarium *Βασίλειος τὸ ὄνομα τῆ κυρίε ἐνώπιον ἐθνών, καὶ βασιλέων, ὑἷων τε ἰσραήλ,* Act. IX: 15. γ. Gravissimæ Apostolis causæ fuere demittendi se ad captum vulgî & simplicium, ad solœcissandum verò nullæ: posito enim quod recesserint à Regulis philosophorum, neutiquam tamèn fecerunt divortium à Grammaticâ & Rhetoricâ Spiritus sancti; hujus enim unius gladio potuerunt

tuerunt demoliri munitiones, ejusq; stultitiâ confunde-
re sapientes seculi, Heb. 4: 12. Eph. 6: 17. 2. Cor. 10: 4.
1. Cor. 1: 27. *Verbo*: omnes qui violant Etymologi-
am Aristotelicam & humanam, committunt solœcifi-
cum, exceptis qui Grammaticam adepti sunt *Ἰδορυεο-*
σορ, cujus regulas convellendo etiam Eloquentissimi
Græci solœcissant & peccant, non vice versâ.

XIV. III. Reveretur etiam Majestatem styli apo-
stolici *Erasmus*, aut pudeat; dum super hac materiâ
inquit: *Quam ea que virtute divinâ perfectiora sint ijs,*
que sunt natura ordine vel hominum industriâ, quod sit
ut Apostolorum sermo non solum impolitus sit & inconditus,
verum etiam imperfectus, perturbatus, aliquoties planè sola-
cissans &c. Verum sanior est & non eò temeritatis
progressus *Beza*, ut hæcce probet, quin potius in her-
ba supprimat & ingeniosissimè refellat, dicto loco, hac
sanâ verborum formulâ: *Quæ si vera sunt, ait, quid su-*
perest nisi ut dicamus Apostolos in scribendo non
adhibuisse eam perspicuitatem ac integritatem sermo-
nis, quæ necessaria erat, & quam ipse Spiritus Sanctus
requirebat? sed absit à nobis, absit ista perverla opinio,
quæ (ut ante dixi) si semel invecita fuerit in Eccle-
siam Dei, actum est de scripturæ auctoritate, ac pro-
inde de totius Christianæ Religionis incolumitate: a-
deo vaser est satanas in nobis per obliquos ac peni-
tùs latentes cuniculos oppugnandis. Hæc *Beza* verba
tantam, sapiunt ὀρθοδοξίαν, in refutando *Erasmo*, ut
mirer, quo spiritu statim variet sententiam! Rursus
verò & paulò post de Hebraïsmorum causis sobriè
differit, dum inquit: Ut autem Hebraïsmos permitte-
rent,

rent, non modò hæc causa fuit, quia hebræi erant; (potuisset enim Spiritus Sanctus hoc quidquid erat in ipsis emendare, si displicuisset) sed quia quum de ijs rebus differerent, quæ hebraicis literis erant traditæ, necesse fuit multa retinere, ne doctrinam quampiam novam adferre viderentur. Et certè tam multos Hebraïsmos ab illis servatos fuisse minimè miror, quum pleriq; sint ejusmodi; ut nullo alio Idiomaticè tam feliciter exprimi possint, imò interdum ne exprimi quidem: ut nisi illas formulas retinuissent; nova illis interdum vocabula, & nova dicendi genera comminiscenda fuerint, quæ nemo planè intellexisset. Postremò, ut tandem dicendi finem faciam, quum hos unos delegerit Deus, per quos scribi vellet quæcunq; ad nostram salutem necessaria sunt, illud quoquè nobis est constituendum, eundem illum Deum ita esse ipsorum lingvas moderatum; ut ne verbum quidem temerè ipsis exciderit, imò verò, cuncta sic planè, apte & appositè dixerint, ut planius ac melius à quoquam de his dici nunquam potuerit. *Et in fine hujus commentarioli piè dicit:* Absit autem à nobis inprimis, profana omnis cogitatio & blasphemia audacia, ut sua scripturæ Majestas & auctoritas, sacra & inviolabilis conservetur. hæc enim salvâ, non est quod Satanam, aut mundi insultus reformidemus: hæc amissâ, nihil jam superest, quo minùs veritatis cognitio prorsùs inter homines interierit.

ΣΥΝΟΡΤΙΧΩΣ his assentitur Dn. D. Fridlibius in *protogomenis general.* ad N. T. Visum fuit, inquit, Spiritui S. ita per Apostolos loqui, & istiusmodi Gracismo, Lingvarum orientalium liquore imbuto uti, propter res sacras & Mystèria Vet. Testamenti revelanda. Addunt nonnulli hæc Hebraïsmo;

braismorum causam : Quod in Textu N. T. sæpissimè citetur versio LXX. interpretum, qui quoq; scripserunt ἑλληνιστικῶς, de quibus paucis agam in prop. XVI. seqq.

XV. Huic affinis illa quæstio est : An textus N. T. Græcus & originalis, sit integer & incorruptus? R. 1. Sunt inter Pontificios, extenuatores Majestatis scripturarum Θεοπνεύτων, qui textum hunc, ut & V. T. depravatum esse summopere condendant, ut versioni vulgatæ, eò majorem concilient autoritatem : ideoq; non particularem solum textus corruptionem, sed universalem, quæ omnia penetrârit exemplaria, in ecclesiâ prævaluisse ; nec nisi è vulgatâ versione latinâ eundem emendari debere criminantur, *Bellarmin. L. 2. de V. D. c. 2.* ejusq; ἰπεργωσπιστῆς *Gretserus*, alijq;. Quibus è Reformatis asurgunt *Beza, Casaubonus*, & nonnulli alij è Novatoribus. 2. Quidam eò progressi temeritatis sunt, ut statuunt N. T. textum Græcum malitiâ hæreticorum violatum esse, ut *Melchior Canus, Huntleus*, & peculiaritèr *Menochius præfat. Annot. in Bibl. c. 14.* Hos tamen alij refellunt, utpote *Salmero, Thomas Morus*, præcipuè verò *Bellarminus* ipse, qui, quamvis id sint hæretici conati nonnunquam, non defuisse tamen catholicos, qui eorum corruptelas detexerint, & non permiserint libros sacros corrumpi agnoscat *L. 2. de V. D. c. 7.* Sed tamen idem, mox unâ manu retrahit, quod alterâ largitus est, affirmans passim negligentiam Librariorum ita corruptos esse ac depravatos codices græcos, ut non sint omninò purissimi, nec tutum sit semper latina ad græca corrigere. Sed oppidò refragatur eorum hypothesis, qui etiamnum textum Græcum genuinum & verum in Bibliothecâ Vaticanâ Romæ extare ajunt, *Huntlei sc*, nec non *Erasmi*, qui in præfat. annot.

N. T. *Ad Græcam veritatem*, inquit, *si quid inciderit, confugere, non solum illustrium Theologorum exempla suadent; verum etiam toties monet Hieronimus & Augustinus, & ipsa Rom. Pontificis decreta probant.* 3. Concedit tamen *Belarminus* quatuor temporibus consulendos esse fontes, α. quando aliquis in codicibus latinis error Librarium incidisse videtur, quorum exempla benè multa recenset, è V. T. β. Quando Latini codices ita varias habent lectiones, ut quæ vera sit, certò sciri nequeat. Sic Luc. 1: 68, legitur: *Redemptionem plebi suæ*; sed *plebi suæ* legendum ex eo constat, quod in Græco sit *λαῶ ἀντῆ*. γ. Quando Latini habent aliquid anceps vel in verbis, vel sententiâ: & hic exempla varia affert, quorum unum est illud, Luc. 2: 14. *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Illud, bonæ voluntatis, referri posse ait vel ad homines, vel ad pacem, ut hic sit sensus: *in terrâ pax hominibus, pax (inquam) bonæ voluntatis Dei erga homines; nam εὐδοκία est bona voluntas Dei erga homines.* δ. Ad intelligendam *ἐρέγγειαν* & proprietatem vocabulorum, quæ sanè admodùm latè patet: nam in fontibus omnia sunt *ἐμφατικότερα*, quam in quarumvis translationum rivulis, quòd illorum claritatem dignitatemq; haud parum illustrat. Unde jam constat, quod nos volumus, ipsam editionem Fontium (loquendo de emendatissimis exemplaribus præcipuè) majori sinceritate & autoritate gaudere, quam vulgatam Latinam, adeoq; hanc aliasq; omnes ex illis corrigendas. 4. Loca quæ in suspitionem depravationis vocant, pleraq; sunt ita comparata, ut non doceatur à Papistis, quod temerata ea sint in ipso textu originali vel hebræo vel græco, sed tantum quod aliter legantur in versione vulgatâ, ut accuratè monstra-

monstravit Calov. in Critico sacro p. 747. 5. Tandem igitur minus pertimescenda est rasa cohors, quò hebetiori gladio pugnet, quòq; sæpiùs semetipsam proprio telo confodiat.

XVI. II. Necessaria est futuro Theologo proba Græcæ lingvæ cognitio, propter versionem Græcam V. Testamenti, quæ LXX (per rotundationem numeri) interpretum nomine citari solet. Varias autem fuisse olim editiones Bibliorum Græcas, ex Ecclesiasticis scriptoribus, Eusebio, Athanasio & Epiphanio colligitur. Ante Christum natum prodierunt versiones potissimum 4. omnes tamèn, ut censent eruditi, profectæ à LXXII illis viris, quos judæi senos è quâvis tribu Doctores venerabantur; quiq; *Sanhedrin* Syriacè, Græcè deflexâ voce *συνέδριον*, Latine Synagoga Magna dicti sunt, quorum numerus, his vel illis decedentibus, completus & integer servatus est. 1. Prima adducitur à *Clemente Alexandrino L. 1. Stromat.* quæ ante translata ad Græcos Monarchiam prodierit, è quâ *Plato* cæterique vetustiores Philosophi multa hauserint: Sed ultra Pentateuchum Mosis non extendebatur, docente *Eusebio de præpar. Evang.* l. 13. c. 7. 2. Altera facta fuisse versio creditur temporibus *Ptolemæi Lagi* Ægyptiorum Regis, ad usum Synagogæ judæorum Alexandrinæ, quum judæi, qui Alexandro Macedoni in occupandâ Ægypto operam suam locaverant, jure Macedonico, cives Alexandrini facti essent, ut scribit *Josephus l. 12 Archæolog. Jud.* Judæos & alios, qui hac Græcâ versione uterentur, ab ipsis etiam Ægyptijs vocatos fuisse Hellenistas narrat in *Chronol. Sethus Calvinus*, & inde palam fieri, Hellenistas fuisse natione judæos, Hellenas a, sive Græcos, paganos.

XVII. 3. Tertia priores absorbit, & tanquam ce-

lebrior *κατ' ἑξοχὴν* appellatur LXX interpretum, cui plurimum tribuunt veteres, Augustin. L. 18. de Civ. Dei ad Marcellinum initio C. 43: *Nam cum fuerint*, ait, *et alij interpretes, qui ex hebræâ Lingvâ in Græcam sacra illa eloquia transtulerunt* &c. Hanc tamèn quæ septuaginta est, tanquam sola esset, sic recepit Ecclesia, eâq; utuntur Græci populi Christiani, quorum pleriq; utrum alia sit aliqua, ignorant. α. Occasus versionis hujus monstratur à Josepho, qui lib. 12. Antiq. jud. c. 2. inquit: *Demetrius Phalereus, Regiarum Bibliothecarum præfectus, dabat operam, ut si fieri posset, omnes totius orbis libros colligeret, cœmens quotquot ubicunq; audisset cognitu dignos ac cupiditati Regis gratos, cujus præcipuum erat in congerendis codicibus studium. Hic rogatus aliquando à Ptolemao quàm multa millia jam comparasset?* ait, *se jam habere circiter ducenta millia, sed brevi habiturum quingenta millia. Præterea indicatum sibi, multos esse apud judæos, qui ll. eorum scriptas teneant, dignas cognitu et Bibliothecâ Regiâ, esseq; scriptas ipsorum lingvâ et literis, et exhibituras negotium his, qui velint eas in Græcum sermonem vertere. Videri quidem quandam cum Syrorum lingvâ et charactere similitudinem, sed esse sui generis. Nihil igitur vetare, quin et illa ex hebræo traducta, cum non desint sumptus, in Bibliothecam suam referat. Tum Rex, collaudando Demetrii circa conquirendos libros studium, scribit judæorum Pontifici (Eleazaro) ut curet hoc negotium ex sententiâ suâ confici. Et jussit Demetrium evulgare decretum de transcribendis Iudæorum codicibus. Ad suggestionem igitur Demetrii, quæ prolixius à Josepho continuatur, jussit Rex Ptolemaus Philadelphus suos legatos Andream præfectum Satellitum, & Aristeam sibi charissimos, ut ad Eleazarum judæorum Jerosolymis Pontificem primum scriberent, deinde corâ agerent, quod & præstiterunt, magnifica ponti-*

pontifici offerentes donaria, quiq; eisdem non sine muneribus ad Regem remisit. Venerunt etiam unà illi senes cum membranis, quæ legem aureis literis inscriptam continebant. Cumq; seniores uno ore omnia fausta Regi acclamassent, præ lætitia lachrymas non continuit, tum demùm viros salutavit, præfatus æquum fuisse, ut prius de eâ re, propter quam acciti fuerant percontatus, deinde illos quoq; compellaret. Dein assignatis sibi diversorijis institutoq; convivio, ad institutum negotium se referebant. Versione autem legis intra 72. dies absolutâ, Demetrius advocatis omnibus judæis, præsentibus etiam interpretibus, perlegit codicem. Concio verò, & seniorum interpretationem approbavit, & Demetrium ipsum collaudavit. Tandem remissi sunt senes donati muneribus amplissimis, perq; eisdem Pontifici ingentia donaria missa sunt. Conf. Aug. L. 18. de Civ. D. c. 42. qui unâ ait, cum Epiph. & Philone, id esse factum A. 17. Regni Philadelphici, 300 ferè annis ante natum Christum.

XVIII. *β.* *Objectum* versionis fuit universus hebræorum codex sacer V. T. Aliàs enim nullum fuisset miraculum in celeritate versionis, & Rex avidus instruendæ Bibliothecæ, non fuisset contentus versione solâ Pentateuchi, ut Philo & alij volunt. 2. Apostoli usi sunt versione hac in citandis Prophetis. 3. Theodoretus quoq; testis est, judæos ad Ptolemæum misisse universam scripturam. 4. Modus versionis non uno ab omnibus recensetur arbitrato. *Irenæus* lib. III. adv. hæc. c. 25. pag. mihi 190. ait: *Ptolemæus metuens ne fortè consentientes, eam veritatem quæ esset in scripturis absconderent, per interpretationem separans eos ab invicem, jussit omnes eandem interpretari scripturam;* & hoc in omnibus libris fecit. *Convenientibus*

autem ipsis in unum apud Ptolemaeum, & comparantibus suas interpretationes, Deus glorificatus est, & scriptura verè divina credita sunt, omnibus eadem, & hisdem verbis, & hisdem nominibus recitantibus ab initio usq; ad finem. Secutus est Irenaeus justinum, qui in orat. exh. ad gentes, asserit singulos in singulis cellulis inclusos, & à singulis totam scripturam ipsdem verbis redditam. At Augustinus (sicut & alij antequam Hieronymus Biblia hebræa transtulisset latinè) maximam huic versioni auctoritatem tribuit. L. 15. de c. Dei c. 23. ubi ait: Meritò creduntur 70. interpretes accepisse propheticum spiritum, ut si quid ejus auctoritate mutarent, atq; aliter quàm erat, quod interpretabantur, dicerent, neq; hoc divinitus esse dictum dubitaretur. Tamen assertionem de cellulis non audet certò confirmare. Hieronimus ridet eandem, præfat. ad pentateuchum: Nescio, inquit, quis primus auctor 70. cellulas Alexandria mendacio suo extruxerit, cum nec Aristæas, qui negotio interfuit, nec Iosephus hanc historiam enarrans, ullam faciant cellularum mentionem, cumq; aliud sit esse vatem, aliud interpretem.

XIX. Δ. Finis, quoad Dei consilium erat, ut gentes mediante illâ versione, invitarentur ad Ecclesiam judaicam, & postmodum Christianam. Eusebius multis annis ante Christi adventum translationem fieri debuisse scribit, quod si enim post facta esset, judæos scripturam aut ex invidentiâ occultasse, aut corruptiorem nobis dedisse, aut certò in suspicionem translators fuisse vocatos. e. *Auctoritas* magna satis esse videtur, & quidem juxta patres nonnullos nimia, eosq; secutum Bellarminum divina, quam colligit ab auctoritate patrum, usurpatione Apostolorum, & praxi Ecclesiæ. R. 1. Dist. inter versionem primævam puriorem, & posteriorem corruptam. Prior meruit

meruit auctoritatem magnam. *α.* Ob tot eruditos transfatores. *β.* Ob incorruptissimum *πρωτότυπον*, exemplar templi Ieros. Esdræ manu aureis literis exaratum. *γ.* Ap probatione judæorum. *δ.* Ob receptionem ab Apostolis & primitivæ Ecclesiæ consensum. Sed *β.* 2. habuit auctoritatem illa hinc maximam, sed *humanam*, non verò *divinam* & authenticam: nam 1. versio erat, non textus originalis, rivulus non est fons. 2. Apostoli eam secuti sunt in nonnullis, non quod eam agnoscerent authenticam, sed quia ipsorum tempore in gentes esset divulgata, ut monet Hieron. in c. 47. Gen. Hinc Regulam erigit, Epist. 151. ad *Algasiam*: *ubicunq;*, ait, *de V. instrumento propheta & Apostoli testimonia protulerunt, diligentius observandum est, non eos verba secutos esse, sed sensum, & ubicunq;* 70. *ab hebræo discrepant, hebræum sensum suis expressisse sermonibus.* Fortassis Bellarminus etiam poëtas Gentiles facit authenticos, quia Paulus tribus eos vicibus citârit. 3. Usus Ecclesiæ non hanc majori, quam alias à se diu receptas versiones, *ἀνθερτῆρα* donare potest. 4. De depravatione hujus versionis, quæ variè irrepsit à varijs, sæpiùs conqueritur Hieronimus Ep. 89, 107, 108. Et diu ante eum Iustinus in *Dial. cum Tryph.* ubi Judæos inculpans ait: *Magistri vestri multos & integros profusus locos illarum scripturarum, ex translatione illorum, qui tum Ptolemao fuere, seniorum susstulerunt, in quibus clarè hunc ipsum crucifixum, Deum & hominem esse, eumquè in cruce pendere & mori, prænunciatum esse ostenditur.*

XX. 4. Quartam verò propemodùm historici prætereunt, exceptis paucissimis. Iustinus Martyr in *Apol.* 2. pro Christianis ejus meminit: *cum Ptolemaus*, ait, *Ægyptiorum Rex Bibliothecam institueret, & hominum omnium*

scripta

scripta comportare conaretur, de Prophetis quoq; hisce certior factus, ad Herodem, Iudaorum tum Regem misit, copiam sibi fieri Prophetiarum librorum petens. At Rex quidem illos hebraica lingvā conscriptos ad eum missos fecit. Verum cum Ægyptijs incognita essent quæ scripta erant, denuò legatione missâ illum rogavit, ut ad se, qui libros eos in Græcum transferrent sermonem, homines mitteret. Atq; hoc sic facto, libri apud Ægyptios permansere ad hodie usq; diem. Occasionem hujus versionis detexit Orosius. lib. 6. c. 14: Iulium Casarem in prælio Alexandrino jusisse, ut Regia classis incenderetur, eamq; flammam, quum partem quoq; urbis incendisset, quadringenta millia librorum, proximis fortè diebus condita, exussisse.

XXI. Post natum Christum 9. prodierunt versiones, prima fuit Aquila Pontici, ex gentilismo ad Christianismum conversi, postea verò ad judaismum relapsi, quo etiam tempore scripturas interpretatus est, undè malâ fide eas vertisse creditur. A. 12 Imp. Adriani. 2. Theodotionis Ephesij, qui ex hæretico Marcionistâ, factus est judæorum protelytus, is imp. Commodo versionem adornavit, Theodoretò suspectam, cujus fragmenta retinent Pontificij. 3. Symmachi Sammaritani, qui primùm Ebionita, postea judaismo nomen dedit, susceptâ iterum circumcissione: Translationem fecit sub imper. Severo, 4. 5. Quarta & Quinta sunt anonymæ, ex terræ recessibus prolata, prior inventa apud Hierico in dolijs temp. Ant. Caracalla, post. apud Nicopolin Alex. 6. Originis, non tam nova versio, quam nova priorum editio & coagmentatio. 7. Luciani Presbyteri, reperta Nicomediæ in arcâ marmoreâ asservata. 8. Hefychij, qui 70. interpretationem iterum emendavit, & Ægypti Ecclesiis tradidit. 9. Sophronij, qui tamen versionem Hieronimi latinam græcè transtulit sub Theodosio.

III. Propter lectionem Græcorum patrum: Iustini Martyris, Athanasij, Chrysostomi, Nazianzeni, Epiphaniij, Isidori Pelusiota, Damasceni, Oecumenij & reliquorum.

Tantum de Lingvâ Græcâ,

Exercitatio VII,

D E

LINGVA HEBRÆA, CHALDAICA, SYRIACA ET ARABICA.

Proposirio

I.

Prima & Antiquissima omnium Lingvarum jure statuitur esse Hebræa: quippè nec ante ipsam; nec, multis post seculis, alius inter homines sermo fuerat. Hinc profectum illud judæorum nemini non protritum Elogium est: *Laschon hackadosch Em col halschonoth*: Matrem omnis sermo linguam veneratur Hebræam. Proinde lubet differere breviter de ejusdem 1. Antiquitate. 2. Dignitate. 3. Sanctitate. 4. Necessitate.

II. 1. Antiquitatem arguunt primò Nomina: Vocatur hæc lingua *α. Judaica* 2. Reg. 18: 28. Esa. 36: 11. quia à populo judaico primitus purè usurpata fuit. *β. Cananaea*, Esa. 19: 18. Quia ab Abrahamo Eberi Nepote apud Cananæos ut plurimum versato, exculta & conservata. *γ. Leschon Kodesch* i. e. lingua sanctitatis vel sancta, cum quod in eadem mysteria salutis tradita patriarchis, tum quia Deus ipse eâ usus sit. *δ. Labium Electum*, Soph. 3: 9. Et *ε. Hebræa*, per syncopen, ab *Hebero* Noë pronepote, q: *heberæa*. Ambrosius putat, quod ex nomine *Abram* deducatur, ut *Ebraus* ponatur pro *Abreo*: vel quod *Ebraus* notet *עבר* seu transitorem, à R. *Abar* i. e. transivit, ut vult *Munsterus*, quippè qui in præfatione Gram. Chald. p. 10. statuit: *Non antea vocatam esse Linguam Sanctam Hebraicam, quam Abraham trajecisset fluvium Euphratem.*

E e

III. Ve-

III. Verum *Augustinus*, quamvis nonnullibi videtur esse in eandem iturus sententiam, dum Tom. IV. in quæst. V. & N. Test. mixtis pag. mihi 186 ait: *Si ergo super Abraham vel ipse Abraham hebraus dictus est, sine dubio Hebraei ab Heber nuncupantur: Si autem non legitur super Abraham, dictos hebraeos, sed post Abraham, non jam utique ex Heber, sed ab Abraham dicuntur Hebraei: quippe cum filij Abraham primo hoc nomine appellati noscantur: in Genesi n. Ioseph & frater ejus hebraei sunt appellati. &c.* Et in quæst. super Genes. c. 24. inquit: *Quaritur quare scriptum sit, Sem erat pater omnium filiorum Heber; cum inveniatur Heber quintus Sem filio Noë, utrum ex illo Hebraei dicuntur appellati; per illum enim generatio transit ad Abraham. Quid ergo probabilius sit ab Heber tanquam Hebraeos dictos, An Abraeos meritò quaritur? Non dubitat tamen alibi priorem opinionem facere expressio-rem, utpotè lib. XVI. de civ. Dei c. 3. Non itaq; frustra ait, ipse (Heber) primus nominatus est in progenie veniente de Sem, & praelatus est etiam filijs, cum sit quintus nepos: nisi quia verum est, quod traditur, ex illo Hebraeos esse cognominatos, tanquam Hebraeos, cum & alia possit esse opinio, ut ex Abraham tanquam Abrahami dicti esse videantur. Sed nimirum hoc verum est quod ex Heber Hebraei appellati sunt: ac deinde una detractâ litera Hebraei. Et porro cap. II. primus est commemoratus Heber, cum sit abnepos ipsius (Sem) hoc est ab ipso quintus inveniatur exortus. Quia ergo in ejus familia remansit hac Lingva, divisâ per alias linguas ceteris gentibus: qua lingua prius humano generi non immeritò creditur fuisse communis, ideò deinceps Hebraea est nuncupata. His similia & Hieron. quæst. Heb. T. 3. p. 381. & alios censuisse patres constat, pariterq; loquutos esse statim ex occasione videbis*

IV. Secundò ipsa Historia : Hebraicam enim linguam omnium esse antiquissimam, & non modo primos nostros parentes; sed & universam eorum posteritatem ad confusionem usq; linguarum, ultra septendecim secula, hâc solâ lingua fuisse usos testatur *ἀνθρώπων* *καὶ ἀνθεντικῶς* Moses Gen. xi. 1. *Erat autem universa terra unius labij sermonumq; eorundem.* Ubi etiam valde *ἐμφατικῶς* additur v. 7 & 9, in ædificatione Babel *primum confusum esse labium universa terræ, i. e. interp. B. Meisn. tum primum divisum, & varium multiplexq; esse cœpisse, quod antea simplex, indivisum & unum fuerat.* Non infallibilis pro antiquitate lingvæ hujus adduci argumentum potest, quam si statuatur firmiter eandem ab initio mundi solam floruisse, & non fuisse usurpatam aliam. Huc spectat quod *Chrysost.* hom. 30. in Gen. super his verbis commentatur: *constat hinc, ait, ante extruccionem Turris Babel unam fuisse omnium hominum naturalem linguam, eâdemq; omnes mortales fuisse usos.* Et *Bellarm.* l. 2. De verb. D. c. 1. *Antiquissimam atq; adeo primam omnium esse linguam Hebraam testatur cum brevitatis atq; simplicitatis, tum auctoritatis doctissimorum virorum.* certum enim est eruditissimos quosq; etiam inter orthodoxos huic sententiæ subscribere, idq; non sine prægnante causa: primævam enim illam omnibus hominibus ante *γλωσσοσύγχυσιν*, eamq; communem, linguam fuisse hebraam, præter alia documenta asseverare solent ex *ὀνοματολογίᾳ* primorum parentum ac patriarcharum, fluminum, populorum ac gentium, ipsorum etiam brutorum nomenclaturâ, cujus in alijs lingvis vestigia quædam adhuc superesse *B. Gerhard.* affirmat in *Meth. Stud. Theol.* p. 41. eodem argumento utitur *D.*

Polycarpus Lyserus comment. in c. 11. Gen. Quia verò ait, jam confusio illa est introducta, queritur quamquam inter omnes linguas fuerit illa primogenia & antiquissima? Et de hac quaestione adhuc hodiè inter doctos disceptatur. Licet autem parum referre videatur, quamquam fuerit prima lingua: quia tamen opera Domini sunt magna, & investigata omne beneplacitum præbent, ideo non obest etiam simpliciores de eò informari. Est autem hoc argumentum infallibile, quia Moses ante confusionem ponit aliquot nomina propria, & ea juxta proprietatem lingvæ primogenia interpretatur, quod illa lingua fuerit prima ex qua nomina illa, juxta illam significationem, derivationem sortita sunt. Ita Adamo inditum fuit nomen à terra, è qua fuit formatus. Heva post lapsum dicta est mater omnium viventium. Cainus accepit nomen à possessione. Seth quia Deus posuerit aliud semen pro Habel. Noachus accepit nomen à quiete & consolatione. Ergò in quacunq; lingua hæc vocabula ita accipiuntur, illa etiam est prima. Hæc autem est Hebræa. E, illa est omnium antiquissima. Paritèr Dn. D. David Rungius in prælect. in Gen. c. 11. v. 1. disserit: Respiciunt quoq; ait, hæc verba ad omnia retrò secula, quod nimirum ante & post diluvium homines unà eademq; lingvâ usi sunt. Eam autem fuisse Hebræam & non aliam ostendunt Nomina propria, eusq; additæ interpretationes & rationes. Quare cum hominum, qui sic appellantur, antiquitas noscitur, simul etiam lingvæ antiquitas demonstratur. Conf. Theod. quest. 59. in Gen.

V. Hinc Meritò ridetur Psammethicus Ægyptiorum Rex quod lusu potius quam Experientia conatus sit phrygium sermonem esse omnium antiquissimum probare: Nimirum duos infantes, referente Herodoto lib. 2. Pastori educandos tradidit, severissimè & sub requisitâ præ-

ratio-

statione juramenti præcipiens, ne quis audientibus illis, ullum loqueretur verbum, sed ut in solitaria quâdam casâ caprarum uberibus nutrirentur: Cum verò adesset tempus quo aliâs pueri incipiunt fari, fortè esurientes vocem *Bec, Bec,* quæ phrygum linguâ panem significat, à caprarum sonitu mutuatam ediderunt; judicavit indè Rex eam linguam esse homini naturalem & antiquissimam. Verum mittit nos Moses ad certiora principia, dicto loco. Theodoretus verò q. 60. in Gen. asserit Syriacam linguam Adamo & reliquis patribus fuisse vernaculam, Hebræam verò in sacris solum usitatam & in libris reconditam; sed aliud constat ex Gen. c. 31: 47. Ubi cumulum lapideum Laban Syriacè appellavit *jeghar Sabaduta;* Jacob verò Hebraicè invocavit nomen ejus *Galghed.*

VI. Si quis verò nobis obijciat 1. Quod Moses cap. præced. Gen. 10. v. 5. dicit: Septem filios japheti divisisse insulas gentium in regionibus suis, singulas secundum linguas & cognationes suas. 2. Mosen hic *αποληψαι* quâdam seu anticipatione fuisse usum, vel indè constat, quod α. Spiritus S. qui per Mosen locutus est, à seipso nequaquam dissentiat, multo minus contradictionis alicujus insimulari vel debeat vel possit. β. S. literæ frequentèr per *ὕσερον ἀγώρερον* ita quâdam commemorare solent, ut secundum literæ superficiem ante videantur evenisse, quam revera contigerunt. E. G. Exod. 24: 7. fit mentio libri Vet. Testamenti, quod Deus in monte Sina pepigit cum filijs Israël. Ast Exod. 34. cum Deus verba Decalogi scriberet in tabulis, Moses non dum scripserat volumen istud foederis, sed tum primum accipit mandatum scribendi.

gò non est opus, quæ Exod. 24. de descriptione & dedicatione voluminis asseverantur, gesta esse post ea, quæ c. 34. describuntur. Quod & Augustinus lib. XVI. de civ. Dei. c. 4. super cap. 11. Gen. observavit, initio dicens: *Cum ergo in suis linguis ista gentes fuisse referantur, redit tamen ad illud tempus narrator, quando una lingua omnium fuit: & inde jam exponit, quid acciderit, ut linguarum diversitas nasceretur. Et erat, inquit, omnis terra labium unum &c.*

VII. 2. Quod Augustinus d. l. c. 43. & ult. asserit linguam Hebræam inventam esse post tempora Noë? &c. Non indicare voluit divus pater eam linguam ante non fuisse; sed solum tum primum cœpisse vocari Hebræam. Adeoq; sic rectè Eucherius in c. 11. Gen. *ante confusionem*, ait, *lingvarum, Lingva Hebræa communis erat omnibus hominibus, ideoq; non habebat certum nomen: At tempore Heber cum multa lingva esse cœpissent, illa communis, ad distinctionem aliarum, dicta est Hebræa quia mansit in solâ domo Heber, undè Hebræi dicti sunt.* Huc quoq; spectat quod elegantè in eandem censuram commentatur Philastrius, Episcopus Brixienfis, injustè à B. Gerhardo in Tract. de Meth. St. Th. p. 40. erroris notari visus, quasi qui plures ab initio linguas fuisse contenderit, & pro hæretico habuerit, si quis unicam fuisse linguam ante Babel extractam dixerit. Sic enim expressè ait, eodem à Dn. D. Gerhardo cit. loco, nempe in catal. Hæres. c. 106. pag. 50: *Ab Adam usq; ad Heber (duo, per incuriam Typ.) millia & septingenti anni transierunt. Erat ergò nomen lingva omnium hominum unum & una lingua. Ex quo autem contra Dominum cogitaverunt,*
subtra-

subtrahita est illis scientia ista cœlestis, id est, linguarum omnium prudentia & sapientia: Et Heber quidem Sanctus, qui non discessit à Deo, secundum nomen ipsius Deus voluit genus ejus pullulare amplius, hoc quoq; nomine primum in seculo nuncupari, ut ab Heber, qui non consenserat adificationi turris rebellantium, Hebræi nomine appellarentur. Prior itaque non solum paganis, verum etiam & judæis, i. e. ante Septingentos annos Heber fuisse cognoscitur justissimus, qui in Dominum credens, & à conjuratione sceleratorum hominum separatus, sui nominis primam à Domino nuncupationem meruit impetrare. Horum Abbreviator est D. Gerhard. Meth, St. Th. p. 43. in confusione illa linguarum, ait, *Babylonicâ & gentium dispersione Hebræa Lingvæ sinceritas in familiâ Heber conservata est, ex quo etiam dubio procul, hebræa cognominationem sortita est.*

VIII. Hic obiter sed tædiosè fortè, ab hujus seculi pseudopropheta de Præadamitis quæri potest: quam linguam calluerint scilicet & usurpaverint illi? R. i. phantasia de hominibus ante Adamum existentibus, est ἀρριγ γα φ @ & blasphema. Quia α. qui primum invenit & applicuit nomina rebus, is omnium primò lingua usus & locutus est. Sed de Adamo verum est prius Gen. 2: 19, 20. E. post. β. Ne quis obvertat Adami nomen non proprium esse, sed appellativum idq; hominem semper significare, respondet S. Paulus. 1 Cor. 15: 45. π γ ω ρ @ ἀνθρώπος Ἀδὰμ. γ. Si verò ogganniunt non potuisse alias Cainum reperire uxorem? R. i. Non dum erat lex promulgata de vitando incestu, ne impediretur propagatio. 2. Sorores autem habuisse Cainum è Gen. c. 5: 4. constat. 3. Posito quod nulla facta earum mentio fuisset, à

set, à Testimonio tn, negativo non argumentamur firmi-
 tèt. *¶* Sin dicant Cainum ædificasse urbem, Gen. 4: 17.
 quod unius hominis opus nonne impossibile est? *B. I.* Ha-
 noch filius, à quo urbis denominatio facta, ei operam
 locare & urbis futuræ delineationem & quasi rudimen-
 tum facere potuit. 2, Sic Romulus Teste Livio, lib. 1.
 Hist. R. urbem condidisse dicitur, quamvis Remum habuit
 coadiutorem. Hoc his verbis insinuat *ῥομῦσις*: Ro-
 mulum Remumq; cupido cepit, in ijs locis ubi expositi, ubiq; e-
 ducati erant, urbis condendæ. Illud verò paulo post: ita
 solus potitus imperio Romulus; condita urbs conditoris nomine ap-
 pellata. 2. Phrasis igitur ædificare seu condere urbem, h. l. est
 urbem fundare & consummandam ab alijs structuram in-
 choare. 3. IR apud Hebræos, non semper significat po-
 pulosam aliquam *συμβίωσιν* & civitatem, qualis Iero-
 solyma, sed & acquiescit in secundis & tertijs &c. Tan-
 tum de lingvæ Hebrææ Antiquitate.

IX. II. Dignitas Lingvæ Hebrææ, quæ altera ejus
 affectio est, exindè conspicua fit, quod Hebræa nullam
 aliam, sed cæteræ omnes lingvæ illam matricem seu de-
 rivationis originem agnoscant. Hanc assertionem pro-
 bant & antiqui patres, & recentiores Theologi. *α.* Pro
 illis solus loquatur divus Hieronimus qui in c. 3. Soph.
 inquit: *Hebræa lingva ut cæteris omnibus prior & vetustior
 est, ita lingvarum omnium mater existit, omnibus admixta &
 quasi interspersa est, ut nulla gens sit, nulla lingva tam barbara
 tamq; prosul remota ab Hebræa consuetudine, qua non mater-
 na aliqua vocabula, h. e. Hebræa, sive integra, sive corrupta
 retineat.* *β.* Pro his causam edisserat unus ex hetero-
 doxis *Rob. Bellarminus* l. 2. de. V. D. c. 1. *Lingva Hebræa
 omni-*

omnium fuit mater: reliquæ verò hujus ferè quasi quedam idiã: *μᾶτα* & dialecti, quarum aliæ affiniares, suæq; matri similiores sunt, aliæ longius ab origine suâ deflexerunt. Alter ex orthodoxis, Försterus, in præfat. Lex. Heb. scribit, ingentem esse gloriam & felicitatem lingvæ Hebrææ præ cæteris, quod ab alijs lingvis nihil mendicet aut mutuetur; aliæ verò ab hac multas voces mutuentur.

X. Duobus hic adversarijs obviam eundem est L. Pfochenio, qui in Diatribe de puritate L. Gr. in N. Testamento pag. 2. & 3. tria regerit. *α. β. γ.* ait: Quod autem reliquæ lingvæ ex Hebræâ ortæ non sint, facillè etiam cuilibet patere potest. Etenim nullum adeò *ἔστιν ἡμῶν καὶ θελογόμενον* esse reor, ut sibi persuaderi patiantur omnes reliquas, præter Hebræam, lingvas diversissimas unoq; tempore, imò uno momento hominum mentibus à Deo in turri Babylonicâ inditas, ab Hebræâ dimanasse. *β. γ.* 1. Quod non potuissent diversæ Lingvæ ab unâ scaturigine derivari, nisi facta fuisset per omnipotentiam Dei lingvarum confusio. 2. Incredibilis hæc res cæcæ rationi apparet, quæ nullum hic venerari mysterium vult, Deo verò nil impossibile esse credit *Μαρία*, negat Pfochenius; distingvè ergò Miraculum à Naturâ. Admirandam in singulis hisce agnoscunt eruditi potentiam Dei; ideoq; Augustinus lib. XVI. de civ. D. c. 4. circa finem ait; *Per lingvas divise sunt gentes, dispersæq; per terras, sicut Deo placuit, qui hoc modis occultis nobisq; incomprehensibilibus fecit. Ac mirum sanè, ait D. Rungius de Dispers. Gent. Gen. ii. v. 8. hoc temporis intervallo, quarta tantummodo generatione potuisse & numerum hominum tantoperè augeri, ut se in 70. populos diffunderet, quorum*

principes c. 10. sunt numerati, & in tantum crescere! Revocat, dicente eodem Rungio, hac pœna memoriam beneficij divini, qua Spiritus S. effusus super Apostolos subito linguarum omnium notitiam restituit. Neutrum verò caruit miraculo. *β. §. 9.* dicit Pfochenius: Accedit insuper etiam hoc, quod exigua admodum inter tot linguas sit convenientia. Certè quamvis in tantâ sonorum diversitate, interdum radix seu thema unum, linguæ alicujus cum Hebræâ cognationem habere videatur; centum & mille tamen è contrario sunt, ubi ne vestigium quidem Hebræi sermonis deprehenditur ullum. Exempla infinita si chartæ paterentur angustia, produci possent. *R. 1.* Ex *Ἐσφωρία* vocum, ad discrepantiam omnimodam linguarum non semper v. c. *2.* Si major reliquarum cum linguâ Hebræâ fuisset convenientia, debiliior fortè diceretur ei divina potentia, quippè quæ confusionem non fecisset notabiliores. *3.* Quædam ergò voces Hebrææ, quamvis pauciores, in reliquis lingvis sunt retentæ integræ; quædam per *σχηματὰ* nonnihil immutatæ, ut supra de origine ling. ostensum; quædam verò ita sunt intricatæ, transpositione literarum syllabisq; de industria variatæ & intortæ, ut quamvis ratio deflexionis hujus, ad regulas nonnullas quodammodo videatur posse reduci, ut initio Exercitationis de linguâ latinâ factum est; soli tamen transgressionum vindici, omnipotentis Dei justitiæ executio propria est. Illud de primâ origine; hoc de linguarum verâ confusione; istud de origine & confusione simul testimonia ministrat. *γ. §. 10.* inquit: Et hoc quidem adedò verum est, ut ij qui ad Hebraicam omnes alias linguas revocare student, non solummodo maximam partem allusiones, sed per seipsum etiam longè

petitas,

petitas, allusionumq; nomine vix dignas in medium protrahant, atq; ferè sic *Φλυαρειν* nugasq; divendere videantur. *Æ.* 1. Ab hujus vel illius auctoris minus ritè adhibitis allusionibus, ad totum originationis sive artificium sive studium improbandum, non v. conseq. vetus enim est Canon: argumentari à particulari ad universale N. V. C. 2. Distingve igitur, inter allusiones probabiles & ridiculas seu falsas. 3. Plures autem eosq; probabiliores ac multo evidentiores dari derivationis modos, quam allusivos, supra c. l. docui; quibus aut demonstret *Pfochenius* contrarium; aut *Φλυαρίας* suas resorbeat. 4. Majestatem sapientiæ & potentiæ divinæ (quippè quæ in minimis maxima esse sæpè solet) celebrare non est nugari: At duas & viginti literas, tot tamq; diversissimarum linguarum posse sistere genealogias, est majestatem sapientiæ & potentiæ divinæ celebrare. E. Hoc idem non est nugari.

XI. II. *Salicæ*, Archiepiscopo Toletano, qui *Gothicas* literas omnium primas fuisse arbitratur; & alijs nonnullis qui linguam Svecanam autumant esse originalem. *α.* Ille procul dubio deceptus è suspicione de vetustate Runarum fuit. *Æ.* Verum enim verò, characteres literarum Sveo gothicos de antiquitate cum quavis alienâ gente posse certare non diffiteor; Figuris verò, quibus usus est Dei ipsius digitus & Moses, eos antecessisse, nullâ veritatis specie persuaderi potest: posito verò quod Sveci à dispersione gentium, statim sibi literas effluerint, linguæ tamen id derivationi aliundè, nihil demit, cum scriptio lingvis accidat, & planè accessoria sit. *β.* Hi verò sic argumentantur: *Quæcumq; lingua dicitur a Mo-*

se, tempore struenda turris Babylonica fuisse confusa, ea amplius non manet. At lingua primæva dicitur a Mose, tempore struenda turris Babylonicæ fuisse confusa Gen. 11: 9. E. Lingva primæva amplius non manet. Et per conseq. Quæcunq; lingua hodierno die frequentatur & manet, ea nunquam fuit primæva. At lingua Hebræa hodierno die frequentatur & manet, E. lingua Hebræa nunquam fuit primæva. Et rursus per conseq. Non ante cæpit lingua Hebræa, quam vel lingua Gothica, vel aliæ oriebantur. Unde lingua Sveo Gothica ab Hebræa originem non traxit, sed potius est originalis. α . i. Propositionem majorem prioris syllogismi fallere per *ἑνὸς μωραίων* textus: quamvis enim Gen. 11: 9. *Labium universæ terræ dicatur fuisse confusum*, α . non tamen id intelligendum erit de lingua Patriarcharum Noë, Semi, Arphaxad, Salæ & Heber, qui, magno consensu Theologorum, in ædificandam turrim non consenserant, ideoq; linguam Hebræam retinentes ad posteros eandem transmiserant. Sed filiorum Chami & Nimroditarum, Gen. 10: 10, & c. 11: 2. qui statim una cum reliquis dispersis populis hebraicè per confusionem loqui desierant. β . Aliud igitur est dicere: *Labium universæ terræ*, id est sermonem hominum incolentium totam terram; aliud verò *labium universum terræ*, fuisse confusum: prior phrasis est *ἑγγραφῶς*; posterior est *παράγγραψ*, ne dicam *ἀντίγραφῶς*. γ . *Confundere labium* non est creare novas lingvas: Theodoretus enim citante Rungio in c. 11. Gen. p. 375. observat, quod Dominus dicit se non daturum novas lingvas, sed velle confundere sermonem: iudicat autem verba ita fuisse confusa, ut tamen aliquid ex principali

lingva

lingvâ Hebræa, singula retinerent, quod & docti Grammatici ostendunt, quomodo ex fontibus Hebræis reliquarum lingvarum appellationes fluant. Pariter loquitur Policarpus Lys. in Gen. c. 11: v. 7. ad verba: venite descendamus p. 425. Non creabimus, ait, novas lingvas, tantum miscebimus literas & mutabimus pronuntiationem, ut non amplius se mutuo intelligant. Sicut omnino certum est reliquas lingvas omnes, maximâ ex parte ex primogenia, tanquam rivulos ex fonte profluere: & docti quovis tempore hoc studio delectati sunt, ut investigarent, quomodo per inversionem, transpositionem & mixtionem literarum, inter lingvas maximè peregrinas, summa esset quoad radicales literas cognatio. R. 2. Propositionem minorem non esse intelligendam de totâ lingvâ primavâ, sed de toto lingvæ primavæ; quod tamen retentiâ paucarum vocum nequicquam tollitur, R. 3. Propositionem Majorem posterioris Syllogismi, quo petitur principium, fundari in non concessâ hypothesi: Contrarium enim antea patuit, tum ex ipsis nominibus rerum & personarum proprijs, eisq; adjunctis rationibus & interpretationibus; tum ex consensu patrum & variorum authorum. Quibus accedat *Berosus* antiquissimus Scriptor: is enim non obscure testatur, terram ante diluvium vocatam fuisse *Arez*, & ignem *Esch*, quibus nominibus Hebraicis in hunc usq; diem eandem res exprimunt Judæi. Verba autem illa *Berosi*, persequuturi causas cognominum *Noæ* ac *Tytheæ* uxoris ejus, extant lib. 3. de antiq. jani patris & cognom. p. 24. ubi inquit: Neq; minus *Tytheam*, quæ mater omni-

um erat, A R E T I A M, i. e. terram vocabant, & ESTAM, i. e. ignem post mortem cognominaverunt; quia ipsa regina sacrorum fuerat, & puellas docuerat sempiternum ignem sacrorum inextinctum servare. Conf. Fridlib. qui super verba Gen. c. 11: 9. vocatum est nomen ejus Babel, ait: videtur hæc vox servata è lingvâ primævâ, unde manârunt ista in lingvis varijs *Βαβελ*, Balbus, Babel &c. Et cl. 7. quæst. 7: Delevit Deus ex animo architectorum habitum Lingvæ Hebrææ, omnibus prius communem. Hæc de dignitate.

XII. III. *Sanctitas* hujus lingvæ, præterquam quod partim sit ab *objecto* i. e. rebus sacris & divinis mysterijs, è quibus doctrina V. T. constat; partim ab *Effectu*, quod sanctificet, Joh. 17: 17. Maximè tamen petitur ab *Efficiente*, cum à *verbo* procreante, tum conservante Deo O. M. undè statim ardua illa quæstio, diu multumq; inter nos & adversarios, præsertim pontificios vexata, oritur de sermonis Hebræi integritate: An scilicet Deus hanc lingvam ita semper conservaverit, ut Textus V. T. originalis & Hebræus, etiam hodierno die, integer extet, inviolatus & incorruptus?

XIII. Affirmant Doctores pontificij textum Hebræum V. T. vel à judæis odio christianæ religionis, in multis Scripturarum locis, esse studio depravatum, utpote *Melchior Canus*, *Lindanus*, *Huntlæus* &c. vel negligentia librorum, propter literarum similitudinem, aliâquè incuriâ; partim ignorantia Rabbiorum, qui puncta addiderint, errores contraxisse perhibent, ut cum *Driedone* statuit Bellarminus Lib. 2. de V. D. c. 2. 12. Nos, loquendo de universali corruptione, quæ omnia

Exem-

Exemplaria penetrarit, hoc ipsum pernegamus, hisce *συνοτριμώς* suffulti rationum momentis: 1. Super quorum doctrinam in rebus fidei sumus superstructi, illorum doctrinam & scripta, divina providentia labefacta, si non permisit. At exstructi sumus super doctrinam non solum Apostolorum, sed & prophetarum Eph. 2: 20. E. 2. Si corruerant aliquando Judæi scripturas, vel id fecerunt ante Christi adventum, vel postea: Si ante, quare Christus & Apostoli nunquam eisdem eapropter reprehenderint, præsertim cum leviora crimina non tacuerint? Cui etiam credibile erit Christum Joh. 5: 39. & Matth. 23: 2, 3. ad scripturas corruptas sine ullâ præmonitione legendas homines invitasse? vel ad corruptores audiendos & sequendos amandasse? Sin autem post Christi adventum id factum est, quare testimonia quæ à Christo & Apostolis citantur, eo modo quo sunt citata, in Mose & prophetis inveniuntur? Hoc argumento usum esse Origenem lib. 8. in Esajam refert Hieronymus in c. 6. Esa. Tom. V. Fol. 14. addens: *Sin autem disxerint post adventum Domini Salvatoris, & prædicationem Apostolorum, libros Hebraeos fuisse falsatos, cachinnum tenere non potero, quod Salvator, Evangelista & Apostoli ita testimonia protulerint, ut judæi postea falsaturi erant.* Conf. August. lib. 15. de civ. D. c. 13. Si quæram &c.

XIV. *Instantia.* Dicat quis istos codicum Hebræorum errores post Augustini & Hieronimi tempora accidisse? R. 1. Augustini rationes semper valere: & Neq̄ credibile esse judæorum gentem tam longè lateq̄, diffusam in hoc mendacium conscribendum uno consilio potuisse conspira-

re. *β. Nequè 70 homines (interp.) qui etiam ipsi judæi erant, in uno loco positos ipsam veritatem gentibus alienis invidisse, & communicato istud tunc fecisse consilio? R. 2. Si post illorum tempora depravatio illa contigisset, quæ causa reddi posset, cur Psalmorum interpretatio Hieronimi, cum textu hodierno Hebræo per omnia quadret, & tamen de depravatione Psalmorum præcipua Papisistæ querelæ extent?*

XV. 3. Si judæi S. literas voluissent corrumpere in odium Christianorum, procul dubio sustulissent præcipua vaticinia de Messia; id autem non est factum. E. conf. loca. Psal. 2: 12. Esa. 53: 4. Ubi in latino legis: putavimus eum q: leprosum & percussum à Deo & humiliatum; in fonte legitur: *Myecheb Elahim umeynneb,* percussum Deum & humiliatum, quod magnum judæis facessit negotium, qui Christum futurum Deum non credunt. Sic in priore loco Græci & Latini habent: Apprehendite disciplinam, ne irascatur Dominus. At in Hebræo est: *Nascheku bar, osculamini Filium i. e. Reverentiam exhibete filio Dei, ne irascatur,* qui locus, judice Bellarmino ipso, invictissimus est. 4. De incredibili alias judæorum religione erga sacros lib. scribit Philo de egressu fil. Israël, (& citatur ab Eusebio lib. 8. c. 2.) usq; ad sua tempora per spacium amplius 2000. annorum, ne verbum quidem fuisse unquam in lege immutatum; & quemlibet etiam judæum centies potius moriturum, quam ut pateretur legem in aliquo mutari. De superstitione autem judæorum recentiorum, qui legem ferè ut Numen adorant, & si quando in terram ceciderit, jejunium publicum indicant, testatur *Experientia.* Conf. Bellarm. lib. 2. de V. D. c. 2. cujus auctoritatem in hoc passu, Esawitæ eoct. libentèr è medio tollent.

XVI. Ne-

XVI. Negativam suam *Bellarminus* dupliciter probare nititur: 1. Proferendo loca nonnulla, in quibus fontem turbidum fluere existimat. Utpotè *α. Esa. 9. v. 6.* ubi in Hebræo est *jikra* vocabit, cum tamen plerique cum versione vulgatâ exponant passivè vocabitur? *β. 1.* Idem est sensus quidem: vocabit nomen ejus, scilicet sive æternus pater, sive unusquisquè, qui nomine suo eum appellaturus est, vel vocabitur. Verum prior versio & literam & sensum observat, posterior solum sensum. *Inst.* At Gloriatur *Bellarminus* *Calvinum* ipsum *αυθεντικῶς* & veritati vulg. versionis subscribere, & textus originalis integritatem tollere, dum ait *L. 2. De V. D. init. c. 2. imprimis Calvinus in instit. contendit esse legendum Esa. 9. Et vocabitur admirabilis &c. At Hebraeus textus non habet vocabitur, i. e. jickare, sed vocabit jikra, neq; ignoravit Calvinus meliorem hoc loco vulgatam editionem esse, quam Hebraicam.* Sic enim ait: Nequè est quod oblatrent judæi, & sic lectionem invertant: hoc est nomen quo vocabit eum Deus, fortis, pater futuri seculi, ac demum hoc unum filio reliquum faciant, ut sit princeps pacis: quorsum enim tot Epitheta in Deum h: loco congesta forent? igitur confessione *Calvini* turbidus sicuti fuit ille fons, quem ipse idem ubiq; purum videri volebat. Pari ratione *Jer. 23. &c. β. 2.* *Calvinum* nequaquam vertere: *vocabitur admirabilis*, sed verba ejus *inst. L. 1. c. 13. Sect. 9.* hæc sunt: *Hoc est nomen quo vocabunt eum, Deus fortis, pater futuri seculi, &c.* Oblatrant hic quoq; Judæi &c. Quamvis autem *Calvinus* ad huc recedat à litera ob metum interpretationis judicæ, cui alias solet favere, ideoq; meritò reprehendendus sit, nullum tamen inde subsidium Cardinali *μισογρηγορῶ* adest.

adest. β. Pl. 22: 17. *Nemo Christianorum, ait Bellarm. est, qui non legat: Foderunt manus meas & pedes meos; Textus verò Hebraici legunt, sicut Leo, Caari, non foderunt, quod dicitur Caru?* R. 1. Per inst. in multis Exemplaribus legi *Caru jadaï* foderunt manus meas, teste Galatino lib. 8. c. 17. Et Joh. Jsaaco contra Lindanum L. 2. R. 2. Aliud est dicere locum esse corruptum, aliud diversæ lectionis: Masorethæ enim duplicem hujus loci lectionem fuisse testantur. Undè etiam *Paraphrastes Chaldaeus* utramquæ significationem conjunxit: sicut & *Avenarius* putat esse compositam vocem ex *Caar* & *Ari* leo, sensu eo: *Sicut leo foderunt.* Itaq; R. 3. Ab anomalia quadam Grammatica ad textus corruptionem N. V. G. γ. Pl. 19: 5. Hebraici codices legunt: *In omnem terram exivit Kavam j. e. Linea seu perpendicularum eorum: cum tamen LXX verterint* φθόγγος αὐτῶν: & eorum versionem approbaverit B. Paulus Rom. 10: 18. ubi hunc Psal. citat, quid quod Hieronimus ad literam reddidit ex Hebraeo: *Exivit sonus eorum.* R. 1. Non esse necesse ut LXX legerint *Kolam*, q: quod errore quodam positum fuerit *Kavam*, Lorinus in comment. in h. l. & ipse; Pont. agnoscit cum nonnullis alijs. 2. Genebrardus in Scholijis in Pl. 19, scribit vocem Hebraicam significare quidem Lineam, sed LXX respexisse ad sensum, eosq; tecutum esse Apostolum in allegatione, Et Hieronimum in versione suâ, quia doctrina Apostolorum est linea, non minus quam prophetarum, ac regula omnium in Ecclesia dogmatum. 3. Christus & Apostoli non solum in hoc loco, ut obs. Dn. D. Gerhard. Sed etiam alibi passim in N. T. to dicta ex V. T. allegant, non juxta verba textus Hebraici, sed juxta versionem LXX interp. ut Mo-

ut monet etiam B. Hier. in quæst. super Gen. c. 46. 4. Aliud est igitur Scripturam transferre, aliud locum Scripturæ allegare, etiam orthodoxi è vers. vulgata adducunt dicta Scripturæ, nec tamen eandem faciunt authenticam, sed necessitate urgente provocant per viam juris ad summum tribunal & fontes. Δ. Si quæ præterea à Bellarm. vel alijs objiciuntur, hanc unicâ cautione vilescunt: Menda librariorum emendari vel Masoretharum marginalibus notis, vel diligenti collatione cum correctioribus exemplaribus. *Conf. Dn. D. Terseri Dissert. de Textus Hebræi V. T. integritate.*

XVII. II. Irrepisse in Textum Hebræum Errores ignorantia Rabinorum, qui addiderunt puncta. Huius figmento opponenda breviter. 1. Assertio Christi Mat. 5: 18. Et Luc. 16: 17. 2. Notæ Masorethicæ quæ conventum Tiberiensem præcessere, & mentionem faciunt punctorum vocalium. 3. Natura vocalium, quippe quæ anima vocum sunt. 4. Alias Divinæ revelationis certitudo periclitaretur, si possemus puncta detrahere & aliter pro lubitu legere, ut gannit Bellarm. in fine c. 2. lib. II. de V. D. 5. Scripturarum Perfectio. 6. Perspicuitas. 7. Rabinorum testimonia. &c. *Conf. Dn. D. Calov. T. 1. l. com. c. 1v. q. 29. pag. 728. seqq. Hac de sanctitate.*

XIIX. IV. *Necessitas* lingvæ Hebrææ, notitiæq; ejusdem, stante hâc hypothesi verissimâ ac certissimâ, quod solus Textus Hebræus in V. T. sit authenticus, & quod ab omnibus versionibus ad illum in dubijs provocari possit ac meritò deceat, ut suprâ ostensum, liquidò constat: Oppidò enim illinc apparet futuro Theologo

hujus lingvæ studium cum primis necessarium esse. 1. Ut certior reddatur unusquisq; fontes ita, & non aliter fluere. 2. Ut quis proprietates & ἐμφάσεις vocum investigare, doctrinas in una sæpiùs vocula latentes perquirere, Textum solidiùs explicare, exortis controversijs firma conscientia sententiam suam pronunciare, & tandèm pressiùs adversarios refutare possit. 3. Quia nulla unquam erit versio omnibus suis numeris absoluta, beataq; undè aliqua in quibusdam versionibus, sæpenumero si non emendanda, tamen illustranda, veniunt, quod non nisi è fontibus V. & N. T. ti fieri licet. Huc refertur à nonnullis Ps. 68: 27: in Ecclesijs benedicite Deo Domino (*Mimmekor*) i. e. ex venâ, seu fontibus Iſraelis: Doctrinæ cœlestis enim fluenta per hanc lingvam in populum Iſraëliticum primò redundarunt, Rom. 3. 2. Esaia. 12. 3.

XIX. Huc Patrum suffragia spectant: *Hieron: adv. Helvid. T. III. Multò purior, ait, manere credenda est fontis unda quam rivuli.* Et in Epistola ad Suniam & Fretellam: *Sicut in N. T. to recurrimus ad fontem Græci Sermonis, quo Novum scriptum est instrumentum; ita in V. T. ad Hebraam recurrimus veritatem.* Et in Epist. ad Vitalem: *se tanquam ad arcem quandam & presidium, sic ad Hebraicam veritatem solitum esse confugere.* Paritèr Augustin: lib. 2. de Doct: Christ. c. 11. *Latina quidè lingvæ homines, quos nunc instituendos suscipimus, duabus alijs ad scripturarum divinarum cognitionem habent opus, Hebraâ scilicet & Gracâ, ut ad Exemplaria præcedentia recurratur, si quam dubitationem attulerit Latinorum interpretum infinita varietas.* Item lib. XV. de Civ. Dei c. 13. circa finem ait:

ait: Rectè fieri nullo modo dubitaverim, ut cum diversum quid in utròq; codicibus invenitur, quandoquidem ad fidem rerum gestarum, utrumq; esse non potest verum, ei lingua potius credatur, undè est in aliam per interpretes facta translatio. Hilarius in Pl. 118. Frequentèr admonuimus, ait, non posse satisfactionem intelligentiæ ex Latinitatis translatione præstari. Cassiod. lib. 1. inst. c. 15. Decet ut undè ad nos venit salutaris translatio, indè iterum redeat decora correctio: Agmen claudat gravissima cohortatio D. Lutheri, qui T. III. Lat. Jen. in Pl. 45. fol. 462. sæpè monuit, inquit, ut Hebræam linguam disceretis, nec eam ita negligeretis. Etsi enim ejus linguæ nullus alius esset usus, tamen pro gratiarum actione discenda erat, quod pars quadam religionis & cultus Dei sit, eam linguam docere & discere, quæ sola quicquid unquam Divini est, docet. Auditur enim in eâ Deus loqui, audiuntur Sancti invocantes, & maximas res gerentes, ut studium quod in hanc linguam discendam collocatur, Missa quadam seu cultus Dei meritò vocari possit. Quare seriò vos hortor ne eam negligatis: Periculum enim est nè Deus hâc ingratitude offensus, privet nos non solum cognitione hujus Sanctæ linguæ, sed & Græcæ, latinæ & totius Religionis: quam faciliè enim ei est, excitare barbarum aliquem populum, ut hæc linguæ unâ intereant; Et post pauca: Theologos oportet esse munitos contra Papam, & aliud odiosum hominum vulgus, qui cum unam Hebræam vocem sonare didicerunt, statim putant se Magistros hujus Sanctæ linguæ; ibi nisi eam tenuerimus, tanquam Asinis illudent & insultabunt. Si autem nos quoq; muniti fuerimus cognitione hujus linguæ, poterimus eis impudens os obstruere; Sic enim Diabolo, & ejus Ministris resistendum est. Arbitror autem nos

habituos Religionis nostra hostes Hispanos, Gallos, Italos & Turcas etiam, ibi certè cognitione Hebræa Lingvæ opus erit: Scio enim quantum mihi contra hostes meos profuerit. Quare hâc quantulacunque cognitione infinitis aureorum millibus carere nolim. Et vos quoque dabitis operam, qui aliquandò docebitis Religionem, ut hanc quoque lingvâ discatis, si non pecora Campi, & indoctum vulgus haberi vultis. Et paulò post: Sed opus est etiam ducibus quibusdam doctrinâ, & oportet habere pugnatores, qui stant in acie, &c. Tantum de Lingvâ Hebræa.

XX. II. *Lingvâ Chaldaica Hebræa idiotismus & dialectus est, terminorum variationibus, & paucis quibusdam radicibus ab ea discrepans. Seu promiscuè distingvuntur lingvæ usurpatæ in oriente, characteribus, vocabulorum flexionibus, affixis, notis punctorum, sono vocalium, & dictionibus aliquot proprijs. Et cum lingvâ, quæ inter populos Orientis à puritate sermonis Biblici aliquantulum recedit, communiter etiam ab ipso Spiritu S. vocetur *Aramica*; *Aram* verò designet maximum tractum plagæ Orientalis, dicaturque *Aram Damasci in Syria* 2. Reg. 8:7. *Aram in Ramoth Gilead* ibidem v. 28. *Aram Padan* Gen. 28. 2. *Aram Maacab*, 1. Par. 19. 6. *Aram Naharaim*, i.e. fluviorum seu interamnis vel Mesopotamiæ, Deut: 23. 4. de quibus consulatur *Beroaldus* lb. 4. Chron. Hinc eadem lingvâ in genere vocatur *Chasdim* seu *Chasdi*, i. e. Chaldæorum seu Chaldaica, *Arammi* Syriaca, *Babili* Babylonica, & *Aschuri* Assyriaca. Moses Gen. 22. 21. Kemuelem, filium Nahoris Abrahami fratris, nominat *patrem Aram* (vulgata legi: *Syrorum*, & Luth: vom dem die Syrer kommen/ quem Syecus interpres secutus: off hrvillen the Syrier komme*

homine àro) quo subindicat eum vel fuisse nominis huius Authorem, h: e: & gentis & territorij, quod gens illa incoluit, q: & gens & terra denominata sit ab *Aram* postremo filio Semi proavo suo, de quo Gen. 10: 22. vel habuisse filium nomine *Aram*, à quo *Aramæa* gens, lingva & terra cognominata sit.

XXI. Lingva *Aramica* dividitur ab *Angelo Caninio* in locis Hebr. N. T. in *Arabicam*, *Æthiopicam* & *Syriacam*. Lingva verò *Syra* hæc vel proprias habet literarum figuras, de quâ paulò post; vel cum Hebraicis characteribus cõmunes, quæ tanquam adhuc generalior vicissim gemina est, *Assyriaca* & *Talmudica*. Illa est lingva ea *Aramica*, quam judæi cum *Assyrijs* 70. captivitatis annis familiariter conversati addidicerant. Et hæc ipsa lingva *Assyriaca* denuò distribuitur in *Chaldaicam* κατ' ἑξοχὴν & *Paraphrasticam*. *Chaldaica* quam *B. Gerhardus* *Babylonicam*, & *D. Calovius* insuper *Biblicam* ac *Mesopotamicam* vocant; omnium purissima est, quæ non solùm *Proceres* & *Philosophi* *Babylonici*, sed & nonnulli è *Sanctis Dei Amanuensibus* & *Prophetis* usi sunt: Extant enim hæc lingvâ in *V. T.* codice *Scripta* seqq. α. Gen. 31. 47. De appellatione lapidis *Testimonij*. β. *Hebræ* c. 4. à v. 7. ad v. 19. c. 6. commemoratur *Epistola* scripta ad *Regem Arthabastha*, ejusque *responsum*, aliæque nonnulla à *Chaldæis*, & ad *Chaldæos* exarata. Item c. 7. à v. 11. usquè ad v. 27. De *Privilegio Ecclesiastico*. γ. *Jer.* 10. 11. De *responsõ* dando *Chaldæis*. δ. *Dan.* 2. à v. 4. incl. ad c. 8. exclusivè. Ubi *Regis Nebucadnezaris* de *somnio* *relatio*, *consultatio* & *Acta* nonnulla recensentur. ε. *Vocabula* quoq; nonnulla *Chaldaica* *Textui* *Hebræo* passim

sim inveniuntur inſperſa, e. g. Pl. 139. v. 2. & 17. *Rea* pro *Ratſon* cogitatio, voluntas, & v. 20. *Ar* pro *Tzar* hoſtis. &c. *Paraphraſtica* lingua eſt quam Chaldaei interpretes adhibuerunt in ſuis *Targumim* & explicandis ſcripturis Hebraicis pro Judæorum vulgo, qui poſt reditum è captivitate Babyloica tenuerunt loqui Chaldaicè: *Talmudica* verò lingua eſt, quâ Judæi ſunt uſi in conſignando ſuo *Talmud*, quod eſt, Corpus doctrinæ vaſtiſſimum, univerſum jus, omnemq; judæorum ſcientiam complectens, quippe ex lingua & idiotiſmis Hebraicis, multiſq; vocabulis græcis, Latinis, Arabicis, & inſuper Barbaris congeſtum eſt, digeſtumq; in aliquot volumina, quid verò in ſingulis contineatur, vide ſis præter *Galatinum de Arcanis*, *Lexicon Schindleri* fol. 948. 949. Huc etiam reducitur *Lingva Rabbinica*, quæ cognationem habet cum Idiomaſe Talmudico, quâquæ uſi ſunt *Rabbini*, ſeu Judæorum commentatores *Biblici*. Hæc quoquæ ex alijs & diverſis lingvis conſuta multa ex Philoſophis accepta venditat pro ſuis, quæque ex N. T. to admisceet magno ſupercilio conatur diſſimulare. Eſtq; eadem hodiè non ſolum mixtim Hebræa, ſed & Germanica, Hebræis ſaltèm figuris exſcripta, teſte *D. Valthero in officinâ Biblicâ* p. 252.

XXII. Cum paulò ante facta ſit mentio *Targumim*, ſeu Chaldaicarum *Paraphraſium*, quarum Doctrina inſigni præſtat celebriſſitate & amplitudine, lubet hoc loco perpendere, ſed breviter, earundem Affectiones primarias, quales ſunt: 1. Origo. 2. Differentia, 3. Utilitas. 4. Authoritas.

XXIII. 1. Origo eſt gemina. a. *Vocis*: *Targum* enim quod *תרגום* *אשר* *אמר*, translationem ſeu interpretationem denotat, eſt à

est à R. *Ragam*: i. e. lapidibus obruit; Sed *Tirgem* chald: significat exposuit, liberius interpretatus est. Et quamvis vox *Targum* generalior sit, ad omnes quoq; alias linguas apta extendi; usus tamen obtinuit, ut per eandem *ἑρμηνεύς* intelligatur tantummodo Chaldaica Bibliorum Vet. Test. translatio. *β.* *Rei*: quocirca cum tempore captivitatis Babylonicæ in vulgari apud Judæos usu lingua obtinuisset Chaldaica, in eandem jam Vernaculam factam Paraphrastæ Scripturam Sacram transfuderunt, non quatenus Hebræam linguam Judæi amplius non intellexissent, ut censet Bellarminus Lib. 7. de V. D. c. 15. Contrarium enim constat ex Joh. 5. 39. Act. 26: 14. c. 15: 21: c. 17: 11: c. 21: 40. c. 22: 2. & cum primis Luc: 4: 17: seqq: ubi salvator Esaiam hebraicè ita legit, ut omnium in Synagogâ Nazarethana congregatorum oculi fuerint *ἀρτιζόντες αὐτῷ* attendentes ei; sed quia labium Chaldaicum ipsis jam erat familiare, voluerunt Paraphrastæ in eodem rudiori populo quandam tradere Scripturarum explicationem.

XXIV. Est autem Paraphrasis hæc vel *communis*, eaque juxta perantiquam V. T:ti partitionem triplex, *α.* Una in *Pentateuchum*, *β.* Altera in Prophetas, excepto Daniele. *γ.* Tertia in Hagiographa exceptis Esdrâ & Paralipomenis: fortè quia Chronicorum pleraq; erant in libris Regum exposita; Esdra verò & Daniel magnam suorum librorum partem scripserunt Chaldaicè. Illa est *Onkelos*; ista *Ionathanis*; hæc *Rabbi Iosephi Cæci*. Singularis rursus est vel *integra* super aliquot libros Biblicos; vel *imperfecta* in aliquot duntaxat versiculos, cujus Exempla in Psalmis extant & Jobo Conf.

Schindl. Lex. quem sequitur Helvicus de Paraph. Chald. c. 2.

XXV. Primus omnium scripsisse perhibetur suam Paraphrasin, *Targum Babylonicum* appellatam, ante natum Christum annis 40 circiter & quod excedit, *Jonathan filius Uzielis*, discipulus *Hillelis*, & *Simeonis Iusti*, qui *Iesulum* suscepit in ulnas, condiscipulus. De cuius versione *Galatinus L. 1. de arcanis cath. verit. c. 3.* sic scribit: *Quòd sensum ex sensu traduxerit, & ita obscurissima quæq; vocabula exposuerit, ut quæcumq; de Messia dubia & latentèr scripta erant, certa atq; clarissima reddiderit, adeò ut ejus editio, non tam interpretatio, quam glossa atq; expositio videatur.*

XXVI. Hunc centum ferè annis postea secutus est *Onkelos*, *Eleazaris* magni discipulus, diciturque seu filius fuisse, seu nepos ex sorore Imperatoris *Titi*, & post devastationem secundi Templi suam Paraphrasin scripsisse. Recentiores tamèn *Rabbini* alium eundem statuunt, ejusq; Paraphrasin æq; esse antiquam ac *Jonathanis*. *Paulus Fagius in Prefat. Chald. Paraph.* à se editæ testatur & *Onkelosum* & *Jonathanem* integram *Bibliorum Hebraïcorum* versionem confecisse: quamvis hodiè de *Onkelosij* versione nihil aliud extet, quam *Petricope* in *Pentateuchum*: atque editionem *Ionathæ* in *Psalterium* extare, sed penes paucissimos, qui eam propter *Mysteria Fidei Christianæ*, quæ continet, occultent. *Quidam* etiam *Psalterij* versionem tribuunt *Rabbi Akila* & *R. Ioseph. Cæco*.

XXVII. Tertia Paraphrasis, *Targum Ierosolymitanum* appellata, prioribus posterior, & nonnihil ab iisdem diversa

versa est. Cujus creditus Author R. *Ioseph* quando vixerit, incertius est. Alij *Aquilam* ejus faciunt Authorem. Versionem hanc, quod odium Christianismi passim redoleat, colligitur esse *Ionathane* omninò posteriore: sed diversa ab his omnibus refert *Thomas Wegelinus* in Disp. Theol. Jonathanem enim ait veritisse Pentateuchum & Prophetas, Onkelosium itidem Pentateuchum, tertiæ versionis Authorem ignorari.

XXVIII. 2. *Differentia* in his paucis conspicua evadit: quod quamvis sermo chaldæus Hebræo valdè affinis sit, præsertim in libris Biblicis: quia tamen ut in alijs lingvis, variæ, temporum injuriâ, animadvertantur mutationes fieri; ita deprehenditur etiam lingua Chaldæa nonnihil, seculis posterioribus immutata: Paraphrases enim Chaldæicæ non per omnia conveniunt cum lingvâ Danielis & Esdræ. Proxima sermoni Hebræo esse Paraphrasis *Onkeli* judicatur, qui textum Hebræum verbotenùs reddit, ideoq; facilimè potest intelligi. *Ionathanis* etiam stylus non contemnitur, quamvis sit liberior, uti & Hierosolymitanus: hæc enim ambo *Targumim* commentarij potiùs quam Paraphraseos vicem obeunt. Targum verò *Jobi* & *Psalterij* inter Hagiographa obscurius est & difficilius, sive id adscribendum Authori, *Iosepho Cœco* sit, sive sublimitati rerum.

XXIX. 3. *Utilitas* hinc constat, quòd licèt quibusdam in locis Chaldæica Paraphrasis (si vera sint quæ *Bellarminus* refert lib. 2: de V. D. c. 3:) à fontibus Hebræis discrepet, varijsq; nugis Talmudistarum conspersa sit, tamen cum magnifaciant hanc Paraphrasin ipsi

Judæi, eadem contra eosdem in certamine de Personarum Div: Trinitate & Messia commodè & cum fructu possumus uti. Exemplis hoc idem illustant D. Helvicus in Tract. de Paraphr. Chald. unâ cum Giffensibus in Disp: oppositis Judæis. Tom. 4. Nec non Wegelinus Disp: Th: è quibus etiam triplicem prædictæ Paraphrasios utilitatem notant Orthodoxi.

XXX. *α.* *Targum* sæpè refellit juniores Rabbinos in ijs dictis, quæ ab Orthodoxâ Ecclesiâ ad confirmandam Personarum Divinitatis Trinitatem, ac Deitatem Christi solent adduci. Rident nos recentiores Judæi, si in primo capite Genesi per illud *Amar* seu *dixit*, asseramus notari filium Dei, quod *verbum* alia opera merè divina in V. T:to exeruerit. Verùm *Targum* sæpè adscribit *Verbo Dei*, quæ in fontibus ipsi Jehovæ attribuuntur: Nam per suum *Memra* Chaldæi plerumq; reddunt dicta, in quibus memoratur nomen, cor, anima Dei, & per id intelligunt non solum *λόγον προφορικόν*, sed & *ὑποστατικόν*, personamque verè substantem, ab aliâque distinctam. Gen. 3: 8. in Text. orig: legitur: *Et audiverunt vocem Domini Dei.* Chaldaica Paraphrasis vertit: *Et audiverunt vocem verbi:* Valde autem illustris est locus c. 1. 27. Ubi *Targum* ait: *Et creavit verbum Iehova hominem ad imaginem suam, ad imaginem de facie Iehova creavit eum.* Sic Gen. 15. 6. *Targum* reddit: *Credidit ad verbum Domini* c. 28. 20. & 21 in *Targ.* ita loquitur Jacob: si fuerit *verbum Domini* mihi in adiutorium, erit mihi *verbum Domini* in Deum. Ubi divina opera *verbo* adscribuntur, quæ alias ipsi *Iehove* in Textu Hebræo assignantur.

XXXI. Eodem modo Vaticinia de Messîâ, recentiores Judæi vel de Messîâ tractare negant, vel nefandis corruptionibus depravant; Targum verò Præcipua vindicat, ut locum Gen: 49. 18: Targumim unanimi consensu interpretantur de Messîâ. Et verba Jacobi: *Salutare tuum expecto Domine*, Ita effert Onkelos: *Salutare tuum expecto Domine dixit Pater noster Jacob, non expecto salutare Gideon filij Ioas, quæ est Salus temporalis, neq; salutare Samson filij Manuæ, quæ est salus transitoria, sed expecto redemptionem Messîæ filij David, qui venturus est ut accersat sibi filios Israël, hujus redemptionis desiderans est anima.* Sic Evangelium Propheticum de Passione & beneficijs Messîæ Esa: 53. Paraphrasin Chald. detorque-
re ad calamitates populi Judaici, scribit quidè Bellarminus d. l. c. 3. Sed D Helvicius c. l. Targum Jonathæ totum hoc caput exponere de Messîâ, licet in nonnullis versibus paulùm à vero sensu deflectat, & versiculum 13, itavertere ostendit: *Eccè prosperabitur servus meus Messias.* Sic Jer. 33. 16, exponit de Messîâ. &c.

XXXII. β. In multis versio Chaldaica instar commentarij esse potest, dum ex eâ sæpè Textui Orig. lux affulget, per quam is intellectui nostro clariùs resplendet: Authores enim hujus versionis Hebrææ linguæ fuerant peritissimi, & sæpè genuinam vocum significationem expresserunt propriissimè, ad materiam rectiùs percipiendam, sternentes viam expeditissimam.

XXXIII. γ. Usus Chaldaicæ Paraphraseos etiam evidenter conspicitur, dum hodiè à quibusdam *μισο-γρᾶφοις* integritas textus orig. in dubium vocatur,

quem aliqui etiam è Iudæis corruptum esse criminantur. Etſi verò Targum non reddat Testimonium de integritate Textus Hebræi antiquioris, tamen illius Textus puritatem demonstrat, qui illo tempore exſtitit: Biblia enim noſtra Hebraica, quæ jam omnium doctiorum teruntur manibus, conferri poſſunt cum verſione Chaldaicâ; in quibus itaq; locis deprehendimus *συμφωνίας* & concordiam, ea loca à recentibus Iudæis, poſt factam Paraphraſin, qui vixerunt, in noſtris Biblijs nullatenùs eſſe corrupta, conſtantèr poſſumus aſſeverare.

XXXIV. IV. Auctoritas ob commoditates hæcè ſvadetur magna eſſe: Interim tamen quia verſio eſt non ipſa origo, Hebræo textui cedere præminentiam debet; quippè ſaltem humanâ ſedulitate abſq; immediatâ *Ἱστορίας* eſt ſcripta & concinnata, unde ad amuſſim & textus hebraici regulam omninò eſt examinanda.

XXXV. Hanc Cynofuram 1. Quidam excedunt, ut Iudæi ipſi: his enim o. trium *Targumim* nimirum Sacro Sanctam eſſe, maxime verò *Ionathanis* auctoritatem accepimus, de quo toti ſunt perſuaſi, quod is paraphraſin ſuam acceperit à tribus ultimis prophetis. Quidam illorum affirmare non verentur omnem paraphraſin chaldaicam in monte *Sinai* à Moſe primum fuiſſe acceptam, & ſenioribus ac Prophetis traditam, à nominatis verò authoribus in lucem emiſſam, poſteaquam in Captivitate Babylonica oblivione fuiſſet ſepulta. Verùm hæc omnia gratis dicuntur & ficta ſunt; quippe nullo evidenti potentia fundamento probari. 2. Quidam deficiunt, ut nonnulli Chriſtiani, quorum alij om-

mnem

mnem omnino Authoritatem *rois Targumim* derogant, ut *Ioannes Phefercornus* Christianæ professionis Judæus, qui Maximilianum olim Cæsarem, diu multumq; sollicitaverat, ut libri judæorum abolerentur omnes, quod essent impij pleriq; & superstitioni, impedirentq; quò minùs ad Christianismum converterentur. Itaq; nil illis permittendum esse, præter Biblia. Hujus *ἱερογλωσσῶν*, alij duo insulsi Monachi fuere *Jacobus Hogstratus* & *Arnoldus Tongrus*, quod videre est apud *Io: Sleidanum* lib. 2. pag. 29. Alij tribuunt istis quidem aliquàm Authoritatem, sed non nisi Resp. Judæorum, ut *Bellarmin.* lib. 2. de V. Dei cap. 3. 3. Mediam verò ingrediuntur viam & rectiùs sentiunt, imò omnium tutissimè de hâc quæstione statuunt, qui unà cum *Helvico* has formant propositiones. *α. Authoritas Paraphrasew non est divina, sed humana.* Licet enim multa in eis legantur præclara, quæ ex antiquis, & ex parte è Scholis Prophetiis videntur esse tradita, exploratâ tamen Origine quod à Spiritu Sancto sint dictata omnino destituuntur. Versio igitur Chaldaica nulla vel Authentica est, vel Textu Hebræo æquiparanda; quippe rivulus non est fons, cumque, monstrante *Munstero*, in locis obscurioribus, non modicâ sui parte conflata sit è versione LXX interp. fabulas contineat, & in nonnullis à Textu Orig. discedat. *β. Quando Paraphrases Chaldaica, vel è ductu Textus, vel etiam præter literam expressam, aliquid explicationis ergò adferunt, quod aliquem religionis Christianæ articulum confirmet, aut sententiam sensu Christiano illustret, illud magnificandum est, & non tantum valere contra judæos debet, sed & Christianos certiores reddere, doctrinam hanc in Priscis Hebræorum Scho-*

lis non

lis non fuisse planè incognitam. γ. Si interpretatio in tali cà-
 sa cum Orthodoxyâ concordet, tutò admitti potest. δ. Ubi
 queritur de Textus Hebraei integritate, magna est Auctoritas
 versionis Chaldaea, maximè cum antiqua versiones Graeca con-
 sonant: in univèrsam enim de Textu Hebræo testimo-
 nium perhibent Targumim, quod antiquitùs fuerit, sicut
 hodiè extat.

XXXVI. α. Tandem accedat censura D. Gerh: in
 Meth. st. Theol. p. 65. ubi conducibile esse statuit con-
 jungere Paraphrasin Chaldaicam Textui Hebræo, tum
 propter auctoritatem, quam obtinet apud Iudæos, quæ
 tanta, ut non solum ei contradicere nemo audeat, sed ne
 fidem derogare ijs, quæ propter aliquam antiquitatem
 tollendam videntur esse addita, tum propter expositionis
 eorum locorum perspicuitatem, è quibus judæi effica-
 cissimè de Messîa convinci possunt. Ubicunquè enim
 in Hebraicâ veritate, tecto nomine de Christo agitur,
 ibi ferè semper in Chaldaicâ paraphrasi expressè nomen
 Messîæ ponitur. Undè Lyranus in c. 8. Esa: scribit,
 quod *translatio Chaldaica in passibus obscuris sit declarativa
 veritatis Hebraicæ.* Judicium tamen discretionis in Chal-
 daicæ paraphraseos lectione adhibendum erit propter
 passim occurrentes corruptelas judaicas. Quæ est in Pen-
 tateuchum purior esse, sed tamen etiam suis non carere
 nævis existimatur: Fabula enim omninò est quod de
 jonatha ex libro Bava Bathra refert *Quinquagaboreus* in præ-
 fat. Targ. jon. p. 4. quòd quâ is horâ eidem editioni & ex-
 positioni vacabat, si musca aut quodcunq; volatile super
 eum, aut ejus chartam advolitasset, ilicò absq; ullâ ipsius
 viri, aut Chartæ in quâ scribebat, offensâ, coelitus exure-
 batur.

XXXVII. *Lingua Syriaca*, quæ proprias literarum figuras habet, ut supra innuebam prop. 21. ejusq; cognitio maximè commendatur & utilis est propter Syriacam N. T. paraphrasin in omnes ejus libros, exceptis *secunda Epistolâ Petri; Secundâ & Tertiâ Ioh. Epistolâ judæ, & Apocalypse.* Tremell. in præfat. Syriacæ paraph. de eâ sic judicat: *Syriaca si fortè non tota, majori tamen ex parte ex Archetypo Græco fidelissimè expressa est, sed quo, vel quibus autoribus, quo tempore item, cum id nusquam inquirentibus nobis adhuc occurrerit, non magis dèfiniri potest in præsentia, quam Græca V. T. & vetus latina, quibus autoribus verè sit adscribenda. Interim veritati prorsus est consentaneum, intra ipsa Ecclesia Christi initia, vel ab Apostolis ipsis, vel ab eorum discipulis profectam esse, nisi fortè suspicari malimus, eos scribendo alienigenarum duntaxat rationem habere voluisse, suorum autem gentilium, aut nullam, aut certè perquam exiguam.*

XXXVIII. Syri hujus suæ translationis originem referunt ad *Marcum Evangelistam.* *Alstedius* Lib. 2. præcogn. c. 113, putat illam Ecclesiæ Antiochenæ & primum in eâ appellatis Christianis esse adscribendam. Quòd autem ab Apostolis sit orta, vel Apostolorum tempore cœperit, id evidenti probatione caret, quippè cum nulla ejus mentio extet apud *Clementem Alexandrinum, Eusebium, Epiphanium & alios*, qui vel in *Syria* vel *Ægypto* docuerunt, vel de varijs scripturarum editionibus, Teste *Gerbaro*, disseruerunt: Cumq; in titulis & sectionibus capitum fiat mentio venerationis crucis, vigiliarum, precum pro defunctis, memoriæ sanctorum, aliarumq; ejusmodi rerum, quæ temporibus Apostolorum nondum fuerant in ecclesiam injectæ.

Iunius notat, in Heidelbergensi Bibliothecâ esse antiquissimum exemplar Syriacum, in quo annotationes de Festis, manu recentiore in margine sunt ascriptæ; & mentio fit *Antonij*, Monachorum, & aliorum qui aliquot seculis absunt à temporibus Apostolorum. Sic *Maronita* jactitant versionem Syriacam *Psalmodum* & *Pentateuchi*, procurante *Salomone* ad instantiam Regis *Hiram* traductam & translata, & qui post ævum *Salomonis* scripti sunt, per *Apostolos* esse verfos. Quibus licet non assentiantur orthodoxi Theologi, antiquam tamen hanc esse translationem, nec exiguos in interpretatione scripturæ N. T. usus præbere Lectori gnaro, faciles largiuntur.

XXXIX. Quòd primus in Europâ Testamentum Novum Syriacum imprimi curaverit, idq; Viennæ A. Ch. 1556 *Albertus Widmanstadius Ferdinandi* Imp. Cancellarius, & quidem hâc occasione, affirmat B. *Gerhardus Meth.* Stud. Th. p. 70: *Patriarcha Antiochenus*, ait, cum in suis Ecclesijs non Latino, sed qui illic intelligitur, Syriaco sermone uteretur, & necessarijs ad Ministerium instrumentis, hoc est, Libris destitueretur, misit quendam ordinis Ecclesiastici hominem, *Mosen Meridinaum*, qui vel *Romæ* vel *Venetijs*, N. Testamentum Syriacè imprimendum curaret, sed cum id frustra esset, iter ad *Ferdinandum Imperatorem* dirigens, incidit in virum doctissimum *Albertum Widmanstadium*, qui eodem Literarum genere delectabatur, & ipse Testamenti Syriaci editionem meditabatur. Is igitur re ad *Casarem* relatâ, ejus jussu non solum typos fieri curavit; sed etiam unâ cum *Mose* labores castigandi suscepit.

XL. Dicitur Lingva Syriaca, aliâs *Antiochena* & *Maronitica*, qua etiam *Christus* in diebus carnis suæ usus fuisse

fuisse creditur, & ad quam voces nonnullæ in N. Test. accedunt. Quarum Syllabum proposuere *D. Glassius & Majerus in Phil. sacrâ. Angelus Caninius, Gualperius; Dn. D. Calovius in Critico sacro &c.* Et cum commodissimè hoc loco recenseri possint cum brevi interpretatione voces Syriacæ per N. T. sparsæ, placet in gratiam studiosorum Theologiæ, præsertim concionatorum, iisdem quoq; adjungere succinctam explicationem vocum nonnullarum affinium, Hebræo-Chaldaicarum & Persicarum, quod mihi vel meæ methodo fraudi esse non existimem; cum propter exiguam aliquam causam, hanc tractationem divellere, haud esse iudicatur necessarium.

XLI. Sit itaq; initium in nomine Jesu, & principium à voce 1. *ישׁוּס* Jesus Matth. 1: 21. Luc. 1: 31. Act. 4. 12: quæ origine Hebræa est, teste Hieronymo in comment. super Matth. *Jesus enim*, inquit, *hebræo sermone Salvator dicitur*: quinimò meliorem non habemus Etymologiam, quam est Evangelista ipse: *Vocabis nomen ejus Jesum, quia ipse salvum faciet populum suum.* Radix in Heb. est *Iascha* salvavit, servavit. Unde *Iescha* salus. In Lingvâ Syra *Iescha* salvum fecit, & *Iesua* idem quòd hebr. *Ieschua σωτήρ* salvator, salus. Unde *Esaïas* c. 49: 8, Triumphum Christi & *μονομαχίαν* cum diabolo, *Diem Salutis* appellat. Convenit cum Græco *ἰάομαι* medeor: optimus enim *ἰατρός* & Medicus Messias noster est, Syr. 38: 9. Item cum *σῶω* vel *σῶζω* incolumem præsto. Eiusdem originis est *IEHOSCHUAH*, qui typus Christi erat: ut enim is populum Israheliticum in terram transduxit *Chanaan*: ita hic fideles & pios introducit in æterna tabernacula. De Cabalistarum supputationibus per hujus vocis literas non sumus solliciti.

2. Ἐμμανὴλ Emmanuel v. 23. Hebr. *Immanuel* Esa. 7:24. Vox decomposita ex *Im* cum, *Nu* pron. affixum, nos vel nobis, & *EL* Deus. Hinc *Immanuel*, i. e. Nobiscum Deus. *Syrus*: *Ammanuel*, h. e. *Amman Elohon*, nobiscum Deus noster. Nota: *Mysterium* istud ἀρρήτων, ἀνεξεργήντων καὶ ἀνεξιχνίασων unionis personalis in Christo, hęc voce exprimitur, quo *Deus* & *Homo*, unum constituunt ὕψις ἀμενον: ut intelligatur veram carnem humanam ē substantia virginis Marię, à λόγῳ h. e. *Filio Dei* assumptam, non constituere propriam aut peculiarem quandam ἑσώσασιν; sed suam ἑσώσασιν ἔχουσαι seu (ut ita loquar) personalitatem habere in ipsa ἑσώσασιν τῆ λόγῳ, cum quā ἀρρήτως, & ut loquitur *Damascenus* ἀδιασάτως est unita. Qui verò carnem humanam à Filio Dei in tempore plenitudinis assumptam Gal. 4: 4. extra ἑσώσασιν τῆ λόγῳ quærunt, videant ne umbram pro substantiā captent, & personam Filij Dei sceleratè dissolvant, ac fatum Nestorij incurrant, qui in III. Synodo œcumenica Ephesinā, A. Ch. 436, ab Ecclesiā damnatus est: ut ex anathematismis Cyrilli videre est.

3. μάγῳ. Magus, Matth. 2: 1. vox *Persica*, *Syr. Maguschā*, quę quidem, teste Tremellio in Libris Talmudicis, incantatorem notat. In Syriaco autem Testamento, sicut & apud *Persas* significat honestè; hominem cum sapientiā tum Religione clarum. Confer quę de hęc voce differui Exercit. II. pag. 21. seqq. Suidas παρὰ πέρσις, indicat, *Persarum* indigenas vocasse sapientes suos *Magos* ἢ *Magusos*: μαγῶν ὁ πέρσις, μαγεία καὶ ἀστρολογία ἀπὸ μαγισαίων ἤρξατο.

4. κάμηλῳ. Camelus, Matth. 3: 4. Marc. 1: 6, Animal

mal magnum & latis notum. Heb. *Camal*, Syr. *Gamlá* & *Gimlajá*. Extat (inquit *Guido*) apud Matth. c. 19. Christi dictum *καρομιῶδες*, quod sic habet vernacula ipsius JESU CHRISTI Lingvâ: *Dadlil hu Legamlá lemeal bacharurá damchamá, ij atbhira dejeul lemalcutba Deolahá*, i. e. Facilius est Camelo intrare in foramen acus, quam diviti, ut intret in Regnum Dei. Per *Camelum* quidam interpretantur funem nauticum, *Anlars togh*; Verum dirimit controversiam *Suidas*, per ostensionem diversæ tum scriptionis, tum pronunciationis: *καμήλα*, τὸ ἀχθαστόρον ζῷον; *καμήλος* δὲ τὸ παχὺ σχοινίον. i. e. Camelus est animal portans onus; *Camilus* verò crassus funis.

5. *Αμὲν Amen*, Matth. 5: 18: Luc. 21: 32. Hebr. *Amen* à R. *Aman*, i. e. fidelis & verax fuit, nutrit, Deut. 27: v. ult. Et dicet omnis populus *Amen*, i. e. sit verum & ratum! Esa. 65: 17. qui juraverit jurabit in Deo veritatis, vel *Amen*. Deus per hanc vocem jurans, jurat per seipsum, quia majorem se non habet; & ipse solus est, qui res omnes creatas sustentat, cibat & nutrit Act. 17: 28. Pl. 145: 15. 16. *Syris* dicitur *Ammin* certè, verè; ab *Amman* quod significat credere. LXX interpp. reddunt *γένοιτο* fiat. *Receptum* fuit, ut est apud *Guidonem*, in *primitivâ Ecclesiâ*, teste *Paulo* 1. Cor. 14. ut populus post recitatas preces responderet *Amen*: quod neminem, rectè dicere ait, qui preces non intellexerit. *Talmudista* suorum oscitantiam carpentes faciunt triplex *Amen*, 1. *lethomâb* pupilum, cum quis respondet ad precationem quam non intelligit 2. *Chatuphah* surreptitium, cum quis dicit, *Amen* non dum finitâ precatione 3. *Kethuah* sectile, cum se-

cat in duas partes, nempe oscitantèr audiens, & alias res agens.

6. יֹדָא, jota v. eodem, *Syr. jud*, alludit ad literam hebr. *jod*, quæ omnium literarum minima, & instar apicis est, proverbij est ibi forma, ut *Ps. 72: 5: Timebunt TE cum Sole, & dum fuerit Lunâ in generatione generationum.* *B. Chemnitius* super h: l. intelligit dogmata scripturarum, quæ non interitura sunt. *Dr. D. Gerh. & Calovius* præter dogmata, etiam literas & puncta quodæ textus originalis, sine quibus tanquam materiâ, dogmata subsistere nequaquam possunt, intelligunt: unde per *νεπαϊα* seu corniculum, intelligunt præter puncta, etiam ipsos accentus. Proinde *B. Luth:* rectissimè: *Bis daß Himmel vnd erde zergehe / wird nicht der kleine ste buchstab / noch ein Tüttel von gesez zergehn / bis daß es alles geschehe.* Lex enim non semper sumitur pro solo decalogo, sed & pro *Toto V. Testamento.*

7. *Ἰκῆ* temere v. 22. *Syrus* vocem græcam retinet, licet nonnihil immutatam, *Ika*, quod argumento est contextus græci auctoritatem translatorum fuisse authenticam.

8. *ῥακὰ*, v. eod. vox planè *Syriacâ* *Raká*, vel *Reká* à *R. Rak* sive *Rekak* spuit. *Talmudicè* *Riká* inanis, vanus seu vacuus Cerebro, i. e. judicio & ratione: *svet: din dumbe.* Hebr. enim *Rajak* evacuare significat: unde *Rek* inanis, *Gen. 27: 23. & Rik* inanitas, frustra *Esa. 39: 7.* Rectè proinde *Basilii*; *ῥακὰ ἐστὶ ἐπιχώριον ἡῆμα, ἡνωτέρας ὕβρεως, πρὸς τὰς ὀρεινότερας λαμβανόμενον*, i. e. *Raká* est dictio illis locis usitata, minoris probri, quâ adversum domesticos & familiares utuntur. ut dum *Sve-*

ci di-

ei dicunt: *Rakate* / *Wraaf*. quæ vocabula scilicet à *Syrorum Raka* non multum abluunt.

9. *צַדִּיקֵי עִיר* v. eod. confessus, iudicum concilium. Ex hac voce, ait, D. Gualterius in *Sylloge vocum exot. N. T. p. 31*, aliquantum corrupta, *Hebraorum est Sanhedrin*. Verùm, salvo aliorum iudicio, Græcorum ἔδρα sedes, derivata esse potius ab hebræorum *Heder*, i. e. honor, videtur, & *μετῶν μισῶς* nonnunquam usurpari, cum dignior sit sedens stante *Luc. 22: 27*. conf. quæ de origine Lingg. supra *Exerc. 7 de Ling. Hebr. pag. 217*. seqq. dicta sunt. Origo *צַדִּיקֵי עִיר* seu *Sanhedrin* repeti ex *Num. 11. cap. v. 16. 17.* & *Deut. 16: 18*. potest, è quibus 70 senioribus descenderunt Iudices ordinarij in singulis civitatibus: in qualibet enim civitate Israelitarum erat *Sanhedrin*, i. e. consilium, senatus sive Consistorium parvum, quod constabat 23 sapientibus, eratq; collocatum in portâ civitatis. In Civitate verò ubi non erant 120 homines, non collocabatur *Sanhedrin*. Consistorium quoq; Magnum quod *Sanhedre Gedola* dicebatur, 71 iudicum erat, ex eo quod dictum est *Num. 11: 16. Congrega mihi 70. viros de Senioribus Israel: Moses autem fuit super eos.* Sic ergò fuerunt 71. *Iudicia*, ait, *Sigonius L. 6: de Rep. Hebraorum illa, Græci Bibliorum interpretes modò *ἄγῆς*, modò *δίκης* verterunt: nimirum vim ipsam duplicem iudiciorum spectantes, in quibus condemnatio & absolutio continetur. Iudiciorum item tribunalia fuere duo; unum in singulis civitatibus *ἄγῆς*, vocatum, alterum præcipuè *Ierosolymis צַדִּיקֵי עִיר* nominatum. Minoris Consistorij iudices superioribus erant subiecti, à quibus etiam constituebantur. Cæterum de occasu cum Regni iudaici, tum iudiciariæ hujus potestatis*

Galatinus: *Utrumq;*, ait, *Herode Aſcalonitâ regnante* (qui genere paterno *Idumeus* materno *Arabs* fuit) *deſeciſſe*. *Quamvis autem Herode permittente*, alij poſtea hujusmodi Collegij *judices inſtituti fuerint*, qui ſub ipſo Rege eſſent, ſicut & antea, ſub alijs *extiterant*: quia tamen non erant veri *judices*, nullam in rebus gravibus aut criminalibus *judicandi poteſtatem habebant*. Ut inde planè *demonſtraretur* (totum mundo) ſub ipſo *Herode hanc judicandi autoritatem*, unâ cum *dominando ſceptro in judæis penitus deſeciſſe*. Quod & in fatiſ *diviniſ* erat *Gen. 49: 10*. Eam ob rem *Dominus noſter Jeſus Chriſtus*, dum de his *judicibus loqueretur*, qui eâ tempeſtate de *Scribis & Phariſæis eligi ſolebant*: *Super cathedram inquit, Moſis (ἐξ ἀδιστῶν) ſederunt* (non dicit: ſedent) *Scribæ & Phariſæi Matth. 23: 2*. Ut *manifeſtè oſtenderet*, quòd eorum tunc jam *ceſſaverat poteſtas*,

10. *Γέεννα* v. 22, *Gehenna*: *Syrus Gihannâ*. *Hebr. comp. ex Gaje*, i. e. *vallis*, locus terræ profundior, *Num. 21: 21*. In *Regim. Ge*, *Eſa. 22: 1*. Unde *græcum γαῖα*, vel γῆ: Et *Hinnom*. Hoc verò nomen proprium viri eſt, cui amœniſſima vallis prope *Ieroſolymam* in diſtributione hæreditariâ per ſortem contigit, ubi deinde inter *Judæos*, *creſcente idololatriâ*, extructa ſunt *excelsa Tophet*, in quibus propriam progeniem luſtraverunt per ignem ipſi *Molech*. Præponi huic voci *Bens* filius, vel *Ge* vallis, ſolet. *conf. Jer. 7: verſ. 31. 32. &c.* Et quoniam horrendam vicinorum populorum *idolomaniam ſecuti Iſraelitæ*, filios ſuos conſecrarunt *idolo Molech*; factum eſt deinceps, ut à *Chaldæis, Syris & Hebræis Gihannâ* vel *Gehinnom* uſurparetur ad ſignificandum locum damnatorum. *Topheth* erat locus
in *Ge.*

in Gehenna seu valle Hinnom, ubi cremabantur liberi idolo *Moloch*, 2 Reg. 23. Radix est *Taphaph* pulsavit: cum enim triste id fiebat ministerium, tympanorum pulsus cremandorum clamores ac lachrymas absorbit. *Moloch* est nomen idoli Ammonitarum, cui tanquam Regi suo filios immolarunt; aliàs *Malchom* & *Moloch*, à *Melech* Rex.

II. *Μίλιον* v. 41, miliare: *Syrus milá*: Rabbinis *Mil*. Unde Latinorum *Mille* &c. Succ. *Mil*. Germ. *Ein mille*. *Ἀγγαρένω* eod. v. cogo ad præstanda servitia maturanti tabellario, est vox *persica*.

12. *Μαμμωνᾶς* ó. c. 6: 24 *Mammona*. Syriacè *Mammon* vel *Mammoná*. Cognationem habet cum hebræo *Mum*, i. e. vituperium: quæstus enim immodicus & illicitus verè est culpandus. Unde græcorum *μῶμος* &c. Sed Hebræorum *Hamon* significat cujuslibet rei copiam & multitudinem; usurpatur etiam pro divitijs Eccles. 5: 10. Pf. 37: 16. Ezech. 29: 19. *Mammon* verò per *Mem* (notante B. Chemn. in Harm. Evang.) in scriptura non legitur, sed Syriaca lingua, ut copiam & thesauros divitiarum peculiari voce insigniret, ex *Hamon* fecit *Mammon*. Non igitur, ut quidam fingunt, præcipuè est appellatio diaboli dominantis thesauris impiorum: sed simpliciter copiam significat & multitudinem, seu divitiarum cumulum atq; acervum: utroq; enim vocabulo *συωνυμικῶς* Christus in hac parte concionis utitur, *thesauri* sc. & *Mammona*: Antithesi tamen illâ inter servitutem Dei & *Mammona*, Salvator ostendit avaros *Mammonem* pro Deo colere, & ex re corruptibili, ærugini, tineis ac foribus expositâ, sibi fa-

vere Deum, sicut Satan & venter ita dicuntur Deus Phil. 3: 19. 2. Cor. 4: 4. Sicut Græcis $\omega\lambda\theta\tau$ signifi-
cat propriè, & divitias, & divitiarum Deum. Adhæc,
avaritia ab Apostolo, cultus idolorum appellatur v. 30.
vox $\kappa\lambda\acute{\iota}\beta\alpha\nu$, Atticè $\kappa\rho\acute{\iota}\beta\alpha\nu$, fornax, aliàs Furnus,
est cum quâ conspirat *Syrorum Tanurâ*.

13. $\mu\alpha\rho\gamma\alpha\rho\iota\tau\eta\varsigma$ ô, c. 7: 6 Margarita. *Syr. Margali-
za, & Margelâ*. Aliàs *Marganith*, procul dubio, ait *Gualt.
perius*, vox à Græcis accepta. Tales sunt voces: $\acute{\epsilon}\kappa\alpha\kappa\acute{o}\nu\tau\alpha\rho\chi$
c. 8: 5, Centurio: *Syr. Kenterunâ*. Et $\sigma\tau\rho\alpha\tau\iota\omega\tau\alpha\iota$ v. 9, milites, *Syr. Astratejute*.

14. $\beta\epsilon\epsilon\lambda\zeta\epsilon\beta\epsilon\lambda$ c. 10: 25, Beelzebul: *Syrus, Beelzebub*,
id est, Deus muscarum. vulgata versio etiam legit cum
B. conf. 2. Reg. 1. Ubi Abassia ægrotans consulere ju-
bet *Baalzebub*, an esset recepturus sanitatem? Fuit au-
tem nomen idoli in Accaron propè *Judaam*, ita voca-
tum, quod crederetur amoliri læthales muscas, quæ in
colas agri Accaronitici infestabant; vel quia Satan
in formâ Muscæ magnæ, ab incantatoribus adjuratus,
dabat oracula de valetudine hominum. Hujus idoli
nomine, Christi miracula infamârunt Judæi, quò autho-
ritatem doctrinæ, cujus illa sigilla erant confirmantis-
sima, everterent. Et quia unus diabolus altero pejor
sit & nocentior, ideoq; supremum diabolorum hoc
nomine vocârunt, quòd sit quasi princeps muscarum
i. e. malorum spirituum, qui in aère instar examinis
muscarum circumvolitant, Eph. 2: 2, & 6: 12. Cum
hoc Christum habuisse commercium criminati sunt,
ac proinde magna miracula edidisse, quæ nemo aliàs
edere potuisset, Joh. 3: 2, & c. 15: 24. Sunt horrendæ hæ
voces: itaq; Math. 12: 31 blasphemix dicuntur, & pecca-
tum in

tum in Spiritum S. quod neq; in hoc neq; in futuro seculo (siquidem nulla pœnitentia sequatur) remittatur.

15. *ז'ב'ב'צ'ור* c. 12: 1, Sabbathum. Syr. *Schabbetá* i. e. dies quietis & cessationis. Hebr. *Schabbathon* à R. *Schabbath* quievit, Gen. 2: 3, *Et benedixit Deus diei septimo, quia in ipso cessavit ab omni opere. Exod. 16: 25, Sex diebus colligetis illud, at die 7 est Sabbathum.* Huc referri observatio *Reuchlini* L. 3, de *Cabbala* potest: *Sex diebus, ait, operamur, at septimo quoq; die, & corporaliter ociamur, quantum permittet vivendi necessitas, & mentaliter post voluntatis purgationem divinis intenti sumus, & festiviter cum omni tranquillitate res sacras laudamus, soli q; tum Deo servimus.* Huc vergit quod dicunt *Cabbalæi* nostri: Sabbathum est mysterium Dei vivi. Extat namq; symbolum mundi superioris h. e. jubilæi æternitatis, ubi cessat omnis labor. Quare gemino dicendi usu legibus indicitur Deut. 5. *Observa diem Sabbathi*: quod vult referri ad actiones exteriores juxta mundum inferiorem. Dein Exod. 20. *Memora diem Sabbathi ad sanctificandum illum*, videlicet animæ vires conjungendo menti, ad contemplationis profectum, juxta mundum superiorem. Sabbathum ergo est nota divini servitij, quo sensus & ratio absolvuntur ab occupationibus materialibus quantum permittit humana imbecillitas, & ἐνέργεια mentis alligatur occupationibus formalibus ad considerandum quæ sursum sunt. Istud lex voluit innuere per hæc duo verba: *Schamar*, observa: & *Zachor*, recordare.

Adscribam etiam nonnulla quæ ex *Galatino*, de Sabbatho differit *Gualtperius* in sylloge voc. exot. N. T.

cap. 109, & quidem de Sabbatho spiritualiter observando sic ait: *Sabbathum* spirituale nihil est aliud, nisi peccatum non habere; nullum enim opus servile in eo fieri præceptum fuit, ut patet Exod. 20. Sed quid aliud est opus servile nisi peccatum; Joh. 8: 34, *Omnis qui facit peccatum, servus est peccati.* Sabbathum igitur in diebus Messie spiritualiter servandum erat, quia Evangelicâ auxiliante lege, ab omni opere servili, id est, ab omni vitio & peccato, quod homines servos diaboli facit, erit summoperè abstinendum. Hic spiritualis Sabbathi cultus, cultores suos tandem, ad Sabbathum producit sempiternum: Sabbathum enim requies est, si quis interpretatur; quare non solum requiem Messie in sepulchro, septimo die futuram, significabat, sed etiam requiem illam septimam, quam in septimâ mundi ætate post resurrectionem generalem habituri sunt qui sabbathum spirituale servaverint, ab omni vitio & peccato abstinentes. Istud Sabbathum est seculum futurum quod totum est Sabbathum, id est, requies.

Judæorum Argumenta, quibus Christianos obligari volunt, ut legem servant literaliter, haud secus atq; se ipsos per edictum Mosaicum, ad observationem literalem profitentur esse alligatos, hæc sunt.

1. *Lex aeterna & immota obstringit tam Christianos quam judæos, omnesq; homines. Præceptum de observatione Sabbathi est lex aeterna & immota; quippè moralis E. R. a.* Ad prop. Min. Aliud esse observationem Sabbathi in genere; aliud Diem Sabbathi seu Saturni in specie. De priori sunt solliciti Christiani, de posteriori judæi. Id-

eoq; *ϩ. β.* Ad prob. Min. Præceptum de observatione Sabbathi, partim Morale, partim ceremoniale fuit. *Morale*, in quantum per illud præcipiebatur, homines aliquo tempore rebus divinis vacare debere, juxta illud Psalmi 45: *Cessate & cognoscite quia ego sum Dominus.* Et secundum hoc inter moralia Decalogi præcepta computabatur. *Ceremoniale* fuit, quantum ad temporis, videlicet 7 diei taxationem. Et secundum hoc connumerabatur quidem inter Dei Præcepta, sed ea tamen quæ erant ceremonialia. Hinc Dominus noster Jesus Christus verus Messias, postquam trigessimum ætatis annum attigisset, Sabbathum ipsum, quantum ad partem istam, aliquoties legitur solvisse: nam eo die & infirmos curavit, dans facultatem eis vehendi lectulos; & esurientibus discipulis evellere spicas easq; fricare indulxit. *ϩ. γ.* Id quod in præcepto Sabbathi *Morale* est, juris cum naturæ, tum divini, *ἀκίρητον* omnino est, & immutabile esse meritò censetur, quod verò *Ceremoniale* est, necessitati imprimis, deinde & Charitati proximi cedit. Proinde hoc pro ratione rerum circumstantium, mutari sine violatione alterius potest. *ϩ. δ.* Ipse Dominus noster Jesus Christus ipsum Sabbathi Judaici diem quidem non mutavit, ideoq; meritò quaritur, qui fiat, quod nos Christiani illum mutaverimus in diem Dominicum, quo feriamur? Respondent Pontificij, hoc ab Ecclesiâ matre sic esse introductum, cui nos debemus obedientiam, & porro argumentantur: *Si Ecclesia tantam habet auctoritatem, ut illud mutet, quod à Deo institutum, & inde à principio orbis observatum est, licet nullum habeat Dei verbum; cur non eadem auctoritas valeret etiam in alijs articulis? Et cur*

vos Lutherani non etiam reliquas ferias ab Ecclesiâ institutas observatis? At. v. p. E. post: ? R. 1. Jesuitici argumenti Major laborat falsâ *κοινότητα*, quasi Ecclesia Romana esset Apostolica; cum tamen sit Apostolica.

2. In Min. distingvendum est inter Ecclesiam ipsam & ejus fundatores Apostolos, quos Christus suo loco constituit Doctores orbis, inprimisque gentium, quos etiam nos meritò sequimur: hi enim hanc mutationem ob causas gravissimas introduxerunt, utpote, α. Respexerunt dogma Phariseorum de necessariâ observatione legis Mosaicæ etiam à gentibus tenendâ, si salvari velint. Ut igitur ab illis Apostoli se in totum segregarent, non tantùm in concilio Jerosolymitano Act. 15: 28 gentes ab observatione illa absolverunt, sed etiam dies mutarunt, quibus Dei cultus erat peragendus. Elegerunt autem diem Dominicum Apoc. 1: 10, quo Christus resurrexit à mortuis, quia Jer. 16: 15 commemoratur aliud, quam educationis ex Ægypto beneficium; cujus meminit Deus in Decalogo Deut. 5: 15. β. Apostoli respexerunt, quod Sabbathum à Deo dicitur signum Exod. 31: 13. *Videte ut Sabbathum meum custodiatis, quia signum est inter me & vos in ceremonijs vestris*, conf. Ezech. 20: 20. Jam verò noverant Apostoli, signa & figuras tantùm ad Christum usq; durare debere Col. 2: 17, idè cum alijs umbris & figuris, etiam hoc signum Sabbathi removerunt. Fuit autem Sabbathum signum 1. *Creationis*, quando Deus requievit die 7 ab omni opere suo Gen. 2; 2. 2. *Redemptionis*, quando Christus peracto operæ oblationis suæ in arâ crucis, quievit in sepulchro ad resurrectionem usq;. 3. *Sanctificationis*, Exod. 31: 13. 4. *Mortifica.*

ficationis nostræ, ne faciamus voluntatem nostram, sed glorificemus Deum in vijs ipsius Esa 58: 13. § *Quies* cœlestis & Sabbathi æterni, Heb. 4: 9. 10. 11. Initio quidem Apostoli liberè observarunt utrumq; diem: nam apud judæos observarunt Sabbathum, ut & alias ceremonias legis Act. 21: 20, apud Gentes diem Dominicum, Apo. 1: 10, quem Evangelistæ aliàs vocarunt *πρῶτον σαββάτων*, Primum diem septimanæ Act: 20: 3. Et Paulus ait Col. 2: 16 *Nemo vos judicet in parte diei festi, aut neomenia, aut Sabbathorum.* Ad hanc abrogationem Sabbathi ipse salvator collimavit, cum toties in Evangelio, contra pharisaicam superstitionem disputavit. Cumq; Luc. 6: 5 dixit: Dominus est Filius hominis, etiam Sabbathi.

II. Jure Creationis obligantur omnes. At

jure Creationis Sabbathum est introductum E. R. α.

Concedendo totum argumentum quoad Morale, β. Limit. Maj. ita tamen, ut jus Redemptionis per Christum non excludatur, prout faciunt impij judæi: Sicut enim, Sabbathum diei γ respicit beneficium creationis: ita dies Dominicus beneficium Redemptionis: ut namq; Deus in Sabbatho opus creationis complevit, ita die dominico opus Salutis per resurrectionem Messiae perfecit. Cum igitur omni calculo, opus Redemptionis sit opere Creationis majus; ideoq; Sabbathum quoad ceremoniale, ab eodem qui ipsum instituit, in diem Dominicum mutandum fuit, quippè qui beneficium utrumque involvit. γ. R. ad Min. veram esse de Sabbatho V. T. Negandam verò de Sabbatho N. T. δ. Christiani non tollunt substantiam Sabbathi, sed mutant tantum Sabbathi Circumstantiam, & quidem εἰς ἀ-
νδρα, πρῶτον gloriosissimæ resurrectionis Christi, quam Judæi

dai temerario ausu inficiantur. Non tollunt *morale* sed mutant *Ceremoniale*, id quod in N. T. cum vetus, esset antiquatum, & Moses honestè sepultus, libertati Christianæ, ut res ἀδράφογ, fuit subjectum.

III. *Ultimum argumentum deducunt judai ex commemoratione seu fabula potius, de Fluvio Sabbathico, qui per totam hebdomada raptim fluens lapides trahit, Sabbatho verò quiescit.* R. Nugas esse, quæ de Fluvio Sabbathico à judæis mendacibus & fabularum artificibus proferuntur: licet enim mentionem ejus aliquam faciant Josephus & Plinius, non tamen per omnia consentiunt: Ille enim fingit multa; hic verò speculationibus de fluxu & refluxu maris ludit.

16. Μυστήριον c. 13: 11. *Mysterium*, vox ab Ecclesiasticis potissimum Scriptoribus usurpata, significat rem arcanam, paucis cognitam, nisi initiatis, à μύειω, res sacras doceo, initio; quod ipsum natum videtur à μύω, i. e. claudio, occulto, ore & labris comprimo: oportebat enim eos qui Mystæ dicebantur, teste Eustathio, τὸ σὺμπε μύειν καὶ μὴ ἐκφάνειν ἢ μεμύηται. unde μύστης est sacris initiatus, mysteriorum peritus. Syrus habet *Aradsá* arcanum, sacramentum. *Rads* lingvâ *Æthiopicâ*, sive *Syro-arabicâ*, significat proregem, maxime quem Regem sacrorum vocabant. Hinc *Radsiel* nomen Angeli, hoc est, arcanorum genius, quem *Cabbalistsæ* dicunt præfuisse Adamo, primo parenti. Extant autem duo libri in *Cabbala*, quorum alter *Raziel* magnus, alter *Raziel* parvus appellatur. Quomodo verò Pontificij hæc voce abutantur, quando in nonnullis locis scripturæ, eam per *Sacramentum* exponunt, id ex professo demonstrant nostrates Theologi.

17. *זִזַּנְיָא* *רֵא*, c. 13: 25, *Zizania*, vox græca esse & à Syro retenta videtur *Gualtperio*; Verum *ζιζάνιον* vice versa, potius esse à Syrorum *Dsdsane*, & hoc rursus ab Heb. *ziz*, vel *zizab*, i. e. flos, constat ex ijs quæ Excere. V. de orig. Lingg. dicta sunt pag. 136. Posito quod Lingva Syriaca nonnunquam vocabula græca immisceret, utpote c. 14: 8, *Ἐν πίνανι*, Syr. *Bepineka*, & v. 20 *κοφίως*, Syr. *Kuphinin* (quamvis adhuc sub iudice lis est) non tamen jura originationis & antiquitatis derogantur Lingvæ hebrææ, à quâ non minus *Syra*, quam aliæ descendunt.

18. *Πέτρος*, c. 16: 18, *Petrus*, Syr. *Cipha*. Revocat Salvator ei in mentem h. l. quod ipsi *Joh. 1: 42*, sub initium suæ vocationis dixerat: *Tu vocaberis Cephass, quod declaratur Petrus*: ubi quamvis nomen *Cephæ* seu *Petri*, *Simoni* imponatur *juxta Aug. de cons. Ev. c. 17*; non verò prædicatur tantummodò deinceps imponendum, ut quidam veterum ex *Mar. 3: 16*, & cum illis *Beza* in c. 1. *Joh.* colligere volunt; prædicatur tamen hic simul officium ac status *Petri* futurus, ut rectè notat *Dn. D. Calov. in prælect. super conc. Ch. in carne habitis*, quod nempè verè *Cephas* futurus sit. Non autem hoc est nomen græcum, à *κεφαλή* caput, ut mentitur *Bellarmin. L. 1. de R. pont. c. 17*; quem rectè alius è Romanis *Ioh. Ferus* in c. 1. *Ioh.* refutat. Hoc vocabulum *B. Chemnitius* à vocibus h. *Tsela* & *Tsor* ita distingvit, quod hæ rupem integram seu *Petram* significant, *Cepha* verò locum aliquem in ipsâ rupe, quòd *Christus* vera sit & solida *Petra*, cui omnes fideles ut vivi lapides inædificantur. Sic ergò *Petrus* non est ipsa *Petra*, nedum fundamentum *Ecclésiæ*, sed à *Petra* agnominationem

L I

habet,

habet, ac *Cephas* cognominatur, partim ob fidei perseverantiam: licet enim exciderit fide negando Christum, ἀλεξῶς; non tamen τελικῶς, quin mox conversus iterum constantè Christum professus est, atq; tandem pro Christi nomine martyrium passus; partim ob præstantiam officij, quia erat vocatus ad Apostolatam, super cujus confessionem Ecclesia erat extruenda. Dum verò disputatur, An nomen *Cephas* & ejus interpretativum πέτρῳ, sit nomen proprium, an verò appellativum; *Hugo Grotius* nomen *cepha* appellativum esse negat, eò quod nunquam vox addita apud Hellenistas reperiatur, quodq; Evangelista appellativum communiter efferat, *Petra*: Respondet *D. Calovius* d. l. Si proprium est translatum cum suâ significatione in sermonem græcum, quod censet *Grotius*, quidam appellativum etiam transferri potuit? Rectius ergò πέτρῳ & πέτρῳν distinguunt Authores, illaq; voce Lapidem, hâc verò Rupem integram significari censent, ac nomen *Simonis*, quod postmodum proprium ipsi evasit *Petrus*, explicant, non quod *Simon* ipse *petra* sit, sed à *Petrâ* descendat. Unde *August. Tom. 10. Serm. 13. in Matth.* ait: *Quia enim Christus Petra, Petrus populus Christianus, Petra principale nomen est, ideò Petrus à petrâ, non Petra à Petro, quomodo non à Christiano Christus, sed à Christo Christianus vocatur. Tu es ergò, inquit, Petrus, & super hanc Petram, quam confessus es, super hanc petram quam cognovisti, dicens, Tu es Christus Filius Dei vivi, edificabo ecclesiam meam: id est, super me ipsum Filium Dei vivi, edificabo ecclesiam meam; super me edificabo te, non me super te. Et hunc secutus B. Lutherus moster reddit: Ein Gessel/ à Petrâ dem Gelsen Tom. 8.*

jen. Germ. verba ejus hæc sunt in contextu fol. 226:
 Nu wil der Herr sagen : du bist Petrus / das ist ein Fels; /
 den du hast den rechten man erkennet vnd genennet / welcher
 der rechte Fels ist / wie ihn die Schrifft nennet / Christus.
 Auff diesen Fels / das ist / auff mich Christum / wil ich mei-
 ne ganze Christenheit bawen / gleich wie du sampt den andern
 Jungern darauff gebawet bist / durch meinen Vater im Him-
 mel / ders euch offenbart hat. Auff Deutsche weise redet
 sichs sein also : Du saget (von aller wegen) Ich sey Mes-
 sias oder Christus / des lebendigen Gottes Sohn / wolan / so
 sage ich dir wiederumb / du bist ein Christ / vnd auff den
 Christ wil ich meine Kirche bawen : Denn in Deutscher
 sprache begreiffe das wort Christ / beides den HERN selbst /
 wie man singt : Christ ist erstanden / Christ fur gen Himmel ;
 Vnd auch den / so an den HERN Christ gleubet / wie man
 spricht : Du bist ein Christ. So sagt Lucas Act. 11. das
 die Junger zu Antiochia am ersten sind Christen genennet
 worden &c. At si quis instet : Hæc novissima verba
 allegantur satis commodè ad differentiam prioris &
 posterioris *Cepha* , quo usus est Salvator ipse : juxta
Bezam in h. l. dicentem : *Dominus* Syriacè loquens nullâ
usus est agnominatione , sed utrobique dixit Cepha : Verùm
 nil faciunt ad discrimen Petri & Petræ ? *Æ. I.* Proin-
 de Lutherus bimembrem fecit suam similitudinem.
 2. Posterius membrum Lutheri, versum Svecicè, alte-
 rum quoq; hoc discrimen infert. E. g. Tu es Petrus
 & super hanc petram &c. id est : Du är en Christen / och
 på Christum / som är jagh stelff / wil jagh byggia mina För-
 sambling. *Chryf. Hom. 2. in Ps. 50. Petrus dictum ait*
quod sit τῆ βίσε πτερροπὲν &c. vel in fide fundatus.
 quo facit quod *Heinsius* in Exerc. ad Mat. 16. *πέτρα*

etiam apud Homerum exponi pro monte vel rupe observet: prædicat ergo Christus Simonem verè futurum *Petrum*, id est juxta, Luth. *Einen Felsern / petra* Christo verà fide inhæsurum, eandemq; ministerio suo Ecclesiæ propositurum: docent enim exempla, quod quibus nova nomina imposita sunt, ijs Deus uti voluerit ad res magnas, ut Abrami, Jacobi &c. Nota: quod hic non sit immutatum nomen Simoni, ut Pontificij pro stabiliendo papatu volunt, sed potius ipsi cognomen datum, vel ex eo liquet quod *Simonis* nomen deinceps quoq; retentum fuerit, Act. 10: 5, Accersit Simonem, qui cognominatur *Petrus*. Conf. Joh, 21: 15, Act. 15: 13. Conclusum esto: Fundamentum hic quarri Ecclesiæ Christi, at fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus 1. Cor. 3: 11. Lapis angularis Eph. 2:20. Quinimo, optimus suorum verborum interpretis est Petrus ipse 1. Ep. c. 2. v. 6. qui ex Esa. 28. c. testatur non se, sed Jesum Christum esse vivum, summum, angularem, electum & pretiosum illum lapidem, fundamentum in Zion, in quem qui credit, non pudefiet: qui Mosi etiam petra dictus est Deut. 32: 18. Et Davidi Ps. 18: 3. Ps. 31: 3. Petrus verò aliquoties vacillavit, dissuadendo passionem Christi v. 22, abnegando eundem c. 26: 70 seqq; simulando in re fidei Gal. 2: 14. Extendendo manus Joh. 21: 18. Fundamentum autem esse debet immotum. Ad argumentum Bellarmini respondebo alibi. Ubi de fidei primatu Petri addo ex Luth. Tom. 1. Jen. Germ. p. mihi 273: Petrus hat nie keinen Apostel erwählt / gemacht / besteuget / gesendet / geregiret / daß doch hette muß sein / so er von Gottes licher

licher ordnung ihr Oberster wer gewesen/ oder weren alle-
samt Keger gewesen. Uber das möchten alle Apostel
semplich/ nicht machen S. Matthiam vnd S. Paulum zu
Aposteln/ sondern mussten von Himmel gemacht werden/ wie
Act. 1. vnd 13. stehet. Wie möchte da S. Peter allein vber
alle ein HERR sein Vnd diß Niesslin hat noch nie-
mand auffgebissen / werden auch mir so gnedig sein/ on ihren
willen/ vnd daselb noch ein weil wol ganz lassen. *De sede
verò petrina 25nnali ita differit Chemnitius Harm. Ev. p.
1609: Etsi ego negare nolum Petrum Roma crucifixum esse,
cum id vetustissimi scriptores unanimi ferè consensu testentur:
tamen eum Episcopum ibi fuisse, & juxta Eusebij rela-
tionem 25 annis ibi sedisse, illud jesuitæ idoneis rationibus è
scripturâ & probatis authoribus petitis nunquam nobis probâ-
runt. Etenim ex 1. & 2. capp. ad Gal. constat, Petrum cir-
citer 20 annos à morte Christi fuisse ierosolymis; inde venit An-
tiochiam, ibidem quamdiu fuerat incertum est. Atqui à
morte Christi usq; ad finem imperij Neronis, sub quo Petrus
martyrio coronatus scribitur, reperiuntur tantum 37 anni, ab his
si 20 detrahās, quibus Petrum Ierosolymis habitasse Paulus te-
statur, non remanebunt tot anni sessionis Roma, quot Roma-
nenses ponunt. &c.*

19. ὡς ἄνω c. 21: 9; Hosianna, Syr. Hofchaanah, vox
contracta ex duabus hebræis: Hofchiah serva, & Na,
nunc, vel quæso, q; per ἀφάρισον, Anna, utinam, ob-
secro, secundum Lyram. Ideoq; Hieronimus Tom. 3.
Ep 145 ad Damasum pag. 340 hanc vocem asserit esse
depromptam ex Pf. 118: 25. Anna Jehovah, hoschianna,
anna Jehovah hazlichanna, i. e. Obsecro Domine, salva
quæso, obsecro Domine, prospera quæso! O HERR hielp/
o HERR laß wãlgã! quæ verba, plurimum decantabantur

tanquam solennis forma in festo tabernaculorum Lev. 23: 40; sicut in Litanîâ nostrâ iterari solent: *Bewara of milde* *Ḥere Gudh!* hinc hodierni Judæi hanc festivitatem *Hoschianna* appellant, concinentes in eâ prolixum canticum, quod *Anahoschiana* dicitur, & verbis ajunt expressissimis: *Takkeh ojebbenu*, percutite inimicos nostros, prout primogenitos in Ægypto percussisti, &c. Ubi per inimicos ipsorum, non intelligunt alios, quam quorum potestati subditi sunt, perq; quos captivi detinentur, Christianos &c. Ut videre est ex Buxtorff. Synag jud. cap. 16 pag. 361. *Caninius*, notante *Beza* in h. l. observavit ex libris Rabbiorum, propter assiduam hujus vocis in illo festo ingeminationem, tandem eò ventum esse, ut ipsos etiam salicum & coeterarum deinceps arborum ramos *Hosanna* vocitarent, sicut *Majors* vocant arbores, quæ Kal. Maij cædi solent, & coram ædibus magno luxu plantari. Itaq; existimavit hanc significatione hoc esse accipiendum, perinde ac si gestiens turba, declararet sese hos ramos Filio Davidis ferre, eumq; Deum ac Messiam agnoscere: nam alioquin, inquit, si *Hosanna* significat *salva queso*, quid erit *salva queso* Filio David? videtur enim potius dicendum fuisse *ὁὶ Δαβιδ* vel *ὁὶν Δαβιδ*. Verum corrigit malum in pejus judaizans *Beza*: etenim, *at ego*, ait, malo propriam verborum declarationem secutus, interpretari: *opitulare queso*: nec enim *Christum* pro Deo habebant, cui festum hoc celebraretur, utpote quem postea prophetam vocant. At respondeo? α. *Salvatoris* vox *Jesu* propria magis, *opitulantis* communis, est. β. Maximam partem clamantium *Hosanna*, credidisse eum Messiam fuisse, constat, ex Luc. 19: 37; Pharisæis id invidentibus eis v. 39. 40. sed increpatis à Christo. γ. Quinimo, magnum

magnum illum prophetam esse cognoverunt, qui venturus erat in mundum Deut. 18: 15. Joh. 6: 14. *δ.* Constructio neminem morabitur: *Salva quæso Filio David!* sciendum enim, quia hebræam vocem Evangelistæ retinuerint, quæ cum *Lamed* Dativi notâ construitur E. g. Jos. 10: 6. Ps. 44: 4. Ps. 86: 16. Deut. 22: 27. Jud. 7: 2, etiam hanc retinuerunt constructionem. *Qualiterius* de hâc voce hæc notat pag. 146. *Utebantur eâ præsertim in festo tabernaculorum, quo gaudium suum & fiduciam ex præteriti beneficij recordatione plenius excitarent, & in posterum sibi confirmarent, atq; in spe Meschiæ conquiescerent.* Et pag. 147: Unde etiam factum est, ut dies illi festi, & rami, quos gestarunt in illis, fausta illâ ac solenni acclamatione vocati sint *Hoschiana*. *Probabile ergò est, ramos, quos honoris causâ præferiebant ac substernebant vero Meschiæ & Christo nostro, tanquam Symbolum in mentem illis induxisse, recantatam istam acclamationem, quâ gratulationem & profusam animi lætitiâ, ex conspectâ Dei in Meschiâ exhibitâ salutem & protectionem, sanctiùs & solenniùs testatam facerent.*

20. ταῦροι c. 22: 4. Tauri, Syr. *Taurai*: Chaldæis enim & Syris *Tor* & *Tairá*, idem est quod hebræis *Schor*, i. e. bos, taurus: sic & *Par* hebræis juvenus est; seu Filius bovis, unde Germanorum ein *Farr*/ i. e. bos admisarius: quin & Pastor ovium Christi per *ωρὸσδεω* dicitur *Ψfarr* q: *Ψfarrherr*/ alludendo fortè ad dictum Mosis: *Non alligabis os bovi trituranti* Deut. 25: 4. I. Tim. 5: 18.

21. Καῖσαρ ὁ, c. 22: 17 & 21, Cæsar. Verba: *quæ sunt Casaris Casari*, hâc formâ retinuit *Syrus*: *Dekéfar* *Lekéfar*; Vox Cæsaris enim Latina est, ideoq; , ut multæ aliæ, unâ cum imperio Romano in populum judaicum
invecta,

investa. Fuit autem ejus nominis primus Monarcha inter Romanos, à quo *Cajo Iulio Casare*, coeteri imp. Romani dicti fuere *Casares*. Dicitur ita C. Julius videtur, alijs à caelo matris utero inter enitendum; alijs à Cæsarie, hoc est, comâ, cum quâ ortus fuit; alijs à Cælijs oculis, quam tamen postremam notationem refutat *Suetonius* de Iul. Cæs. §. 45 ubi ait: *Fuisse traditur excelsâ staturâ, colore candido, teretibus membris, ore paulò pleniore, NB, nigris vegetisq; oculis, valetudine prosperâ, nisi quod tempore extremo, repente animo linqui atq; etiam per somnum exterreri solebat.* Cæsar hebræis appellatur *Melech*, i. e. Imperator, Rex; Græcis βασιλεύς; item ἀντοκράτωρ, quæ vox primò significat eum, qui suo ipse arbitrio & q: pro eo, quod obtinet, imperio, de re aliquâ statuit: vel secundum *Budaum*, qui liberam habet plenamq; rei constituendæ potestatem. *Lucianus* ἀντοκράτωρα appellat; quem nominârat σέβασον; alij Αὔγουστον Augustum. Apud quosdam utraq; vox conjungitur, ut in præf. apoph. Plut. ὃ μέγιστε ἀντοκράτωρ καὶ σαρ τράϊανε. In honorem Cæsaris, urbs Palæstinæ, dicta turris Stratonis, ab Herode est appellata *Cæsarea* Act. 10: 21.

22. Φυλακτήριον τὸ, c. 23:5, q. d. conservatorium, ideò dictum, quod eo, notante *Erasmus*, conservetur memoria legis. *Syrus* legit *Tephilathun* i. e. Φυλακτήρια ἀντῶν, à R. *Tephal*, quæ inter alia significat conjunxit, connexuit: unde secretioribus interpretibus, dicente *Gualt.* *Tephilah* i. e. oratio dicitur, quia nos Deo jungat per meditationem & affectum. Hinc *Tephilin* Frontalia, appendices, de quibus *Exod.* 13. *Deut.* 6. De phylacterijs consule *Paulum Fagium* & quæ *Otto* habet ab eo citata.

23. פ'אב'בי v. 8, Magister, Syr. & Talmud. Rabbi vel Rabb, item Rabboni vel Rabbouni, pro quâ hebræi dicunt Adoni, Domine mi. Syr. Rabban, Magister noster. Nolite vocari Magistri, inquit Salvator discipulis, scil. in Theologiâ, in quâ solus ipse Magister est, & nolite quærere laudem ab hominibus, q: ex vobis ipsis authentici, 1. Thef. 2: 6.

24. Πάσχα τὸ, c. 26: 2, hebræum est origine, à R. Pasach transit, quemadmodum & etymologia ejus satis nota Exod. 12. v. 11. est: Comedets agnum in festinatione, Pasach, h. e. transitus ipse Domino: Et celebrationis quoq; ritus, nec non tempus, quod insuper è Signo dilucidè exponit Gualtperius in sua Sylloge p. 163. seq. Syr. dicitur Pæscha vel Pæscho, ab hilaritate. Vox Pasach trifariam in scripturis usurpatur 1. Propriè, idq; vel pro transitu ipso: Exod. 12: 12. respectu enim Regni Ægyptiaci, transivit Dominus per omnes ejus urbes, pagos & angulos, percutiens primogenita; vel pro translatione: c. eod. v. 13. 23. respectu enim ædium Israëlitarum translibat aut præteribat eas, quæ sanguine agni erant notatæ. 2. Translatè, idq; α. pro actione memoriali divini transitus per Ægyptum, quæ nihil aliud est, quam festum *μνημονευτικόν* illius transitus, quotannis in populo Israelitico celebrandum. β. Pro victimâ ipsâ, in solenni & festivâ illâ actione mastrandâ, quæ erat agnus ipse manducandus. Prior significatio simplicissimam hujus textus interpretationem præbet, quâ verba accipiuntur *κατὰ τὸ ἑστὸν*, & præcedentia cum seqq. ita connectuntur, ut maturandæ manducationis immediatè reddatur ratio; ideò nimirum festinandum esse, quia parum superfuturum sit temporis Domino per

Ægyptum transituro, juxta textum: festinanter comedite eum scilicet agnum, quia *transitus ipse Domino*; eoque respicit versio Sveca: 3 *Stolen ätat / säsom the ther hosta til wäggh / ty thet är HÆKrona Passah*. Ubi particula *EST*, non respicit agnum, aut illius manducationem, sed Dei transeuntis actum. Posterior notio vocis *Pæsach*, nonnullis hanc interpretationem recipit: *Pæsach hu Lajovab*, Transitus ille Domino, i. e. Hic ritus mactandi & manducandi agnum, est singulare Sacramentum, & Sanctum *Pæsach*, h. e. Festivitas sancta Domino. De *Festolo* loquuntur dicta: Num. 9: 2. 2 Paral. 30: 2. Math. 26: 2. De *Agno*, v. Mat. 26: 17. Marc. 14: 12. Luc. 22: 7: 15. Sed jam quaeritur, qualis sit tropus in voce *Pæsach* sic usurpatâ? *Calviniani* fingunt novum genus prædicationum sacramentalium, quas metonymicas nuncupant, in quibus *Signo*, tribuatur nomen *Signati*: Metonymiam quidem in terminis simplicibus agnoscit Scriptura, ut *Clavis pro potestate* Math. 16. *Unctio pro Spiritu S.* 1. Joh. 2. non verò integras propositiones resolutas, in quibus signatum prædicetur de signo, qualis hæc: *Agnus est transitus Domini*. Quando igitur *pascha immolari* dicitur per *περ κορυμνιαν* causæ formalis, positæ pro materiali, *pascha* ponitur pro victimâ, paschali festo immolandâ & manducandâ: erat enim paschalis solennitas à Deo ita instituta, ut *materiale* ejus essent *Agnus & panes azymi*: hinc commutatis nominibus, à panibus azymis festum paschatos appellatur dies azymorum, & contra, à festo & ritu solennitatis paschalis, agnus qui tum immolabatur, dicebatur pascha. *Haldericus Zwinglius* publicè in Ecclesiâ Tigurinâ disputans de *Cæna Domini*, & ostendere volens copulam *EST*, idem valere quo d*significat*,

ficat, depulsus verò ab omnibus præsidijs quibus usus erat, utpote: *Ager est mundus, Semen est verbum Dei*, 7. *vacca sunt 7. anni &c.* in quibus secus quam in S.cœnâ, vel imaginum, vel parabolarum cum rebus aliqua est similitudo, in hoc præsentî dicto (monitus nocturnâ voce, alicujus, de quo ipse dubitat, *ater an albus fuerit*) arcem suæ causæ collocavit, contendens, seu syncategorema seu vinculum EST, idem valere quod, SIGNIFICAT. Quæritur autem pronomen *Hu*, i. e. *ipse*, includens verbum substantivum EST, an sit positum *absolutè*, an verò ad membrum aliquod ex præcedentibus referendum? Prius non dixerint Calviniani; sin *Relatè*, tum quia duo præcesserunt in contextu, quorum alterum agit de *actione* sacramentali, alterum de *objecto* actionis; ad horum alterum necessariò particula hæc erit referenda; aut igitur hic erit prop. resolutæ sensus: *Macratio & manducatio agni est transitus Domini*: hoc verò est absurdum, quia duo distincti actus fuerunt diversorum agentium *a*: *Macratio & manducatio agni facta ab Israëlitis, & transitus Jehovæ percutientis Ægyptios*, neque de hæc prop. est controversia: aut hic erit sensus: *Agnus est transitus Domini*; quod, petendo principium, habet pro concessio monitor *Zvinglij*, cum tamen sit manifestò falsum: neq; enim litera hoc in textu affirmat, neq; sententia verborum: toto namq; genere prædicamentali distant *agnus & transitus Domini*: neq; ultus hic locus est *significationi*, cum nulla sit inter agnum & transitum similitudo, nulla *signi ad signatum* analogia, ordinatio aut proportio. Quando verò dicitur: *comestio agni est transitus*, nullus adhuc tropus est in copulâ, sed in prædicato, nempe vocabulo *transitus*, quod me-

onymicè sumitur pro festo vel sacrificio paschali: vel cum dico: *Agnus est transitus*, etiam in subjecto, nempe synecdoche: neutrum tamen iuvat Reformatos.

3. Sumitur deniq; vox *Pasach Typicè ac Mysticè*; etenim verum typum transitus Domini expriment Apostoli, scilicet quod paschali festivitate Christus Salvator noster transiverit ex hoc mundo ad patrem Joh. 13: 1. Exhibitus verò ideo est, ut destrueret opera Diaboli 1. Joh. 3: 8. Transijt namq;, passione & morte suâ, descensu ad inferos, gloriosâ resurrectione & in cœlos ascensione, per Regnum Sathanæ, mortis & inferni: aditumq; ad cœlestem patriam, terram promiss. veram, lacte & melle fluentem nobis patefecit, Pl. 68: 19. Hos. 13: 14. Ebr. 2: 14. Proinde quamvis *Agnus Paschalis* totaq; illius tractatio typica fuerat, significandi vim habens; ea tamen significatio, non ad transitum Domini per Ægyptum; sed ad Christum agnum immolandum & fide manducandum fuit directa. Quo sensu ipse transitus Domini per Ægyptum realis & historicus, resp. N. T. & principalium bonorum typicus fuit, transitum Christi per potestatem tenebrarum significans. Festum azy-morum, Syr. *Hagga dephatiraja*, conf. v. 17.

25. *Λεγεὼν ὁ*. v. 53, Legio, numerus militantium apud Romanos variatus pro usu Reip. & senatus arbitrio, ut modò 4. modò 5. modò 6. millium scriberetur. *Syrus* eandem retinet vocem *Legijon*, in pl. *Legijonin*; quod documento est, textum græcum esse originale & authenticum.

26. *Κορβάν ὁ*; c. 27: 6, Marc. 7: 11, Donum, ut patet Mat. 15: 5, *δῶρον*. Syriaca vox est: *Kurban* enim seu *Kurbanâ*, oblationem significat seu munus, in pl. *Kurbanin*, oblatio.

oblationes, à R. *Karab* accessit, item obtulit. Heb. *Karban* idem, Lev. 1: 2. Num. 31: 5. Æthiopicâ lingvâ significat Eucharistiam, quod sit oblationum omnium perfectissima. Marc. 12: 41. Exponitur in græco textu per *γὰρ ζοφυλάκιον*, i. e. *ærarium* tunc ecclesiasticum. paraph. Syr. *Beth gaza* i. e. domus thesauri: conf. Luc. 21: 1. Joh. 8: 20. Est & ipsa vox *γὰρ ζα* peregrina, videlicet *Persica*, significans opes pretiosiores. Hier. in Ep. ad *Gerontiam* ait Tom. 1. In Evangelio Dominus differit mandatum legis, in quo dicitur: *honorapaterm tuum & matrem tuam, non in verborum sono, quod inopiam parentum lassâ potest adulatione frustrari; sed in victus necessarijs ministrandis debere intelligi: jubente enim Domino, ut filij alerent parentes paupes peres, & redderent beneficia senibus, quæ parvuli acceperant. Scriba & Pharisei è contrario, docebant filios, ut parentibus responderent: KORBAN.* Luth. T. IV. jen. Germ. p. nonnullis 520: **KORBAN**/ dasz ist / wenn ein erwachsen Kind / geld vnd gut hat / vnd sein Batter vnd seine mutter waren arm / durfften hülff von ihrem Kind / da fahren die Phariseer zu / schlossen frisch dahin / man solte es Gott geben und zum Gottes dienst / da wer es besser angelege / dann wan es den eltern gegeben würde / dasz ist denn nichts anders / als Gott lügen straffen.

27. *πραϊτώριον τὸ*, v. 27, *prætorium*, vox planè Latina, quam & retinuit *Syrus Lapreturin*, in *prætorium*. Consimiles multas passim reperire est: quemadmodum vocem *χλαμῖς ἡ*, v. seq. quoq; plenè integram servat *Syrus: Chlamis* i. e. *pallium*, &c.

28. *τολγοθα*, v. 33. Nomen loci *ἀκλιτον*, vox *Syrorū* est, non nihil in græco inflexa. *τολγοθα* pro *τολγολαθα*, posteriore lamdâ expuncto, ob euphoniã: sonat n. apud paraphasten

Syrum *Gagultá* vel *Gogultho*, à R. *Galat* volvit. *Galgat* heb. est rota seu sphaera, orbis, pupilla &c. inde *Syr. Gulgalebá* calvaria, cranium, propter figuram sphaericam. Ex Guidone hæc notat *Gualtperius* p. 181. Hebraicè locus hic, in quo Dominus & Redemptor noster crucifixus est, dicitur *Gogultho*; quia tum temporis lingua vulgaris hebræorum erat *Syriaca*, sicut Romanorum & Latinorum, nunc est *Etrusca* sive *Italica*. Coeterùm verò Mosis & Hebræorum monumentis conservatâ lingvâ, locus ille vocaretur *Golgóleth*, cranium à rotunditate, utraq; forma in scriptura invenitur, *Gylgoleth* & *Gylgeleth* Exod. 16: 16. Num. 1: 2. *Gilgel* enim in *Piel* significat continuè volutavit. Hinc Luth. vertit *Schädelstád*. Sueci videntur deduxisse vocabulum *Golge* ex eadem origine.

29. *σαβαχθανι* v. 46. dereliquisti me. Est vox planè Syriaca: integra autem sententia in textu Syriacò hæc est: *IL IL Lemo Sehebackthoni*. Ex Fabr. præfat. in Test. Syr. hæc refert *Otto* p. 184: Quis Doctorum nescit, hæc postrema Servatoris verba, magnâ voce ab eo in cruce prolata, esse hebraica omnia, præter *σαβαχθανι* tantùm, quod Syriacum est, pro quo scripserat Regius vates suo eloquio, Pl. 22: *Eli Eli Lamah asabthani*: Deus mi, mi Deus, quare dereliquisti me? Ad radices quod attinet, *Syris* idem est *Seheback*, quod *Hebræis* est *Azab* i. e. deseruit. Sed Marci 15: 34 pro *ήλι* extat *έλωι* & pro *λαμᾶ* extat *λαμᾶ*? R. 1. ad prius, Marcum adhibuisse vocem Syriacam, quâ ad nomen *Eliæ* alluserunt milites & judæi, non ex ignoratione lingvæ, sed ex petulantia naturæ. 2. ad post *ix* ex Beza in Notis: in tribus exemplaribus legimus *λεμᾶ* in septem *λεμᾶ*, in uno *λεμᾶ*,
quæ

quæ variatio nata est, partim ex ignoratione lingvæ hebraicæ, partim ex diversâ apud ipsos hebræos vocalium pronuntiatione. Quomodo verò hic locus commodè erit explicandus, docet optimè Paulus Heb. 5: 7. quem videtur pulcherrimè exposuisse, & quidem paucis, ipse Bernhardus serm. 5 de verbis Esaïæ, ubi ait: *Dicerene aus debimus, quod aliquando fuerit etiam Christus sine patre? Nemo id præsumeret, nisi prius ipse dixisset: Deus meus, Deus meus, quare dereliquisti me? quædam enim est derelictio, ubi nulla fuit in tantâ necessitate virtutis exhibitio, nulla majestatis ostensio.*

30. Σπόγγη ὁ, v. 48. Atticè σπογγία, sponsia. Syr. *Vaschkal Esbugá*, & accepit sponsiam. Allusio de quâ in anteced.

31. παρασκευή, ἡ, vox græca. Syr. *Arubetho*, i. e. vespéra, præcedens Sabbathum.

32. Κεσοδία ἡ, v. penult. Syr. *Kescunara*, satelles, custos.

33. Βοαρηγής Marc. 3. 17, Suet. *Bnehorgen* i. e. *βοι βορηγής*, Filij tonitru. Syrus: *Benai Regeschi*, quod ipse interpretatur *Benai Raamo*, i. e. filij fragoris. Vox est composita ex *Ben* filius, & *Regesch* tonuit; quæ significatio etiam est vocis *Raam*, verb. intonuit, nom. commotio. Dicti autem sunt *Iacobus* & *Ioannes* Apostoli, ita ob officio, quod scilicet sonorâ voce, tanquam tubâ Sionis, Esa; 8: 1. peccata redarguerent, & Evangelium de Christo in omnes gentes essent promulgaturi. Quod ministerium, unâ cum reliquis Apostolis, fidelissimè sunt executi, teste Historia Ecclesiæ.

34. Ἰδίας Ἰσκαριώτης v. 19, Judas Ischariotes, Syr. *Ihuda Sechariuba*: Vox composita nonnullis visa &c. ex *Schakar*, mercaturam exercuit (Judæi inde *Schachern* dicent-

dicentes, emptionis & venditionis quæsturam exercent) & *Nathab*, i. e. defecit, q: mercede conductus ad defectionem Judas. Hæc, sive à Christo, sive ab alio imposta *ὄνομαθεσία*, Dei quidem præscientiam includit, sed voluntatem & beneplacitum plane excludit.

35. *ταλιθά κῦμι*, c. 5, 41. In paraphrasi græca: *κόρῳσιον ἔγειραι*, id est, puella surge. In codicibus nonnullis secutis Hieronimum, irrepfit vox *Tabitha*; depravationis occasione arreptâ ex Act. 9: 40, notante *Beza*, cum tamen in textu Syriaco sit *Talithá Kumi*, prior vox *Telitha*, planè Syriaca est, foem. g. in Masc: *Tele* vel *Talio* puer: post. vox *Kumi*, utriusq; lingvæ & heb. & syr. est, à R. *Kam* surrexit.

36. *σανδάλιον τὸ*, c. 6: 9, Sandalium, calceamentum muliebre, ut volunt Græci authores profani, nec non Latini. Sed observarunt *Erasmus* & *Beza*, tum ex hoc loco, tum etiam ex Act. 12: 8. (addo & ego ex Math. 10: 10.) Evangelistas inter *ἑσθημεντα* & *σανδάλια* nullum postuisse discrimen. *Gualterius* in syll. p. 196. provocat ad Testimonium Guidonis, qui in paraph. Hier. omne vocabulum *Naal*, quod hebræis calceamentum est, reddit per *Chal. Sandal*, in pl. *Sandalin*. Vox Syra alias strictè loquendo est *Sena*. Verum dubium est, quod Christus Matth. 10: 10. & Luc. 9: 3. simpliciter prohibeat discipulos, tum virgâ seu baculo, tum calceis; hic vero talia ijs concedat! Respondet *Quistorp.* in Annot. p. 87. approbando decisionem *Heinlij* in Exercit. qui dubium hoc ita tollit, ut τὸ, *μή*, non ad τὸ *ἐμὴ*, sed ad τὸ *μονόν* referat, exemplo *Thucydidis*, ut sensus sit: *εἰ μή ῥάβδον μόνον*: *Siquidem ne virgam quidem*, Sed quare
Christus

Christus his verbis, non baculum permisit, cum expressè concessit sandalia, dicendo: Ἄλλ' ὑποδήσειμένους σάνδ' ἄλλα? Respondet ergò Gualterius utramq; ἀντιλογία tollendo in Sylloge, p. 198: Sensus est, ait, ne sollicitius res tales sibi comparent Apostoli, quibus legatio ipsorum vel tantillum posset impediri. Aliàs Christus ipse pecuniã, per & similibus est usus.

37. τοῖς χιλιάρχοις v. 21, tribunis. Syrus retinet eandem vocem: *Lechiliarche*.

38. Σπεκλατάτωρ v. 27, speculator. Syrus paritèr, *Spuco klatera*.

39. Ἐφραθά c. 7: 34, θ'ανόσθητ'ι, i. e. adaperitor: Syr. *Ærpathach*. Est ergo vox *Hephetbab*, Syriaca; sed ab Evangelistâ nonnihil variata, ac magis ad judæorum pronounciationem, quam expressam literam accommodata; quemadmodum & Svecis quibusdam sonum sequi magis, quam literam placet, etiam inter scribendum. *Hebr. Hippateach*, est imp. Niphal.

40. Ὁλοκάντομα, τὸ, c. 12: 33, sacrificium. *Hebr. Olah*, i. e. ascensio, à R. *Alah* ascendit. Erat autem sacrificium apud Judæos, aliud ἱλαστικὸν seu propitiatorium, aliud εὐχαριστικὸν, Gratiarum actionis. Illud erat *Universale* vel *particulare*: Illud, aliàs, ἁγίασμα, quo omnium peccatorum in Christo expiatio significabatur, videlicet *Holocaustum* majorum & minorum pecudum. Hoc verò erat aliud certorum peccatorum, aliàs ἀπλυρωτικὸν dictum, idq; vel pro peccato, Suet. *Syndoffer* / *Heb. Chattath*; vel pro delicto, Suet. *Stuldoffer* / *Heb. Ascham*; aliud sacrificium pacis, Suet. *Tachoffer* / *Heb. Sebach Schelamim*; aliud ὄσπον ἡγιθυσία seu oblatio simp. Suet. *Sporffer* / *Heb. Mincha*: aliud sacrificium laudis,

Suet. *Loffoffer* / Heb. *Todab*. de quorum differentiâ & apparatu vide Mosen in Levitico.

41. $\Sigma\tau\omicron\lambda\eta$, η , v. 38. Stola. Syr. paritèr ferè: *istela*.

42. $\text{Αββ}\beta\epsilon$, c. 14: 3, Abba, pater, vox est merè Syriaca. Heb. *AB*; unde Abbas, *Abbâthi* R. *Abab*, voluit, benè erga aliquem affectus est. Quoties ergò Deum omnipotentem, *Abba*, seu patrem vocamus, summam eius erga nos clementiam atq; misericordiam deprædicamur.

43. $\Sigma\mu\upsilon\gamma\alpha$, η , (*ἑσ μυρρισ μένον οἶνον* c. 15:23, myrrhatum vinum) pro quo dicimus $\mu\upsilon\gamma\gamma\alpha$, myrrha. Syr. *Mura*. Quæ referente *Galeno* Lib. 15: c. 19, de simp. med. Si largius cum vino bibatur, vel obumbrat mentem, vel accelerat mortem. Verum quare Matthæus dicit acetum cum felle mixtum, Christo oblatum fuisse, Marcus verò vinum myrrhatum? *v.* Hoc præparasse mulieres, pro more judæorum, ut vel moreretur, id bibens, citius; vel minùs sentiret dolorem; illud affudisse lictores, quo poculum corrumperent, & afflictionem afflicto adderent.

44. $\Sigma\iota\kappa\epsilon\gamma\alpha$ $\tau\epsilon$ (*ἀκλιζον*) Luc. 1: 15, Siccera. Syr. *Schachra*, quilibet potus inebrians, præter vinum, à R. *Schachar* i. e. ebrius f. Hinc Latinum est *Saccarum*, & *Sueticum* ac *Germ. Zucker*: nam potus facilius & inebrians fiebat olim ex saccharo & melle. Suet. *Wijn och starcka drycker skal han icke dricka*. Hoc igitur vult angelus: ob servabit ill. Nazaræorum, Num. 6. descriptas, ut majori sit autoritate, & aptior tanto exequendo ministerio: olim autem durabant ad certum tempus, fiebantq; talia vota, non ut peccata ipsdem coram Deo expiarentur; sed ut vetus Adam facilius coerceretur, & Deus coleretur.

leretur expeditiùs. Nihil verò cum hisce ritibus commune habent *Vota Monachorum*, qui toti luxui immersi, malè meritò audiunt illud:

O Monachi, Stomachi vestri sunt amphora Bacchi:
Vos estis, Deus est testis, turpissima pestis.

45. Πικρίδιον τὸ, v. 63, tabella. Syrus ferè idem retinet: *Penkithá*.

46. Ὀψώνιον τὸ, c. 3: 14, opsonium. Græco textui: ὀψωνίου ὁ μὲν, respondet Syrus interpres: *Aphsanjatechum*.

47. Βορρῆας ὁ, c. 13: 29, Boreas. Syrus habet vocem, *Garbaja*, quæ rariùs occurrit.

48. Μαμωνᾶς ὁ, c. 16: 9, & 13, cum unico *μ.* secus quam Math. 6: 24. Sic Syr. *Mamuná*, scribitur enim utroq; in utraq; lingvâ modo.

49. Βύσσος ὁ, v. 19, Byssus, genus lini apud indos, ignibus resistens juxta Plin. L. 19. c. 1. *Linum id vocant, ardentesq; in focis conviviorum vidimus mappas, ex eo sordibus exustis splendescentes magis igni, quàm possent aquis. Regum inde funebres tunica, corporis favillam ab reliquo separant cinere: cum inventum est aquat pretia excellentium margaritarum.* Syr. *Buzá*.

50. Σιδᾶρον τὸ, c. 19: 20, sudarium, *Suiduf*, semicinctium verò dicitur germ. *Fozenetlein*. Syr. *Sudares*.

51. Παράδεισος ὁ, c. 23: 43, paradus, apud *Xenoph.* significat hortum, seu potius vivarium, *Diuregård*. Syr. & Heb. *pardes*, dicunt etiam Syri *pardis* & *pardisá*. κατ' ἔξοχην acceperunt hanc vocem græci interpp. pro horto in Eden plantato, cujus fit mentio Gen. 2: 8, μετὰ φ. verò significat locum beatorum in coelis, ut h. loco.

52. Μεσσίας ὁ, Joh. 1. 42, Messias, Christus. Syr. *Meschicho*, Heb. *Maschiach* i: e. unctus. Ungebantur o-

lim Sacerdotes & Reges, Exod. 29: 7. Lev. 8: 12. 1. Sam. 16: 13. c. 24: 7. Κατ' ἐξοχήν verò Ἰησους Nazarenus, noster Salvator dicitur unctus: unctus enim est, Sancto Spiritu præ confortibus suis, & quidem 1. in *Sacerdotem*, quò seipsum pro totius mundi peccatis, tanquam hostiam Deo Patri offerret, & nos ab omni captivitate peccati, mortis & diaboli, in libertatem adoptionis suæ transferret: Verè enim is mediator noster est, talis scilicet, qui pro nobis semel satisfecit & semper interpellat. Heb. 9: 12. Rom. 8: 34. Huc refertur *officium Christi Propheticum*, quo is revelavit Dei voluntatem de nostra salute. Unde appellatur *Magnus Propheteta*, Deut. 18: 15. Luc. 7: 16. Pastor, Esa. 40: 11. Magister, Math. 23: 10. Legifer, Esa. 33: 22. Lux & præceptor gentium, Esa. 49: 9: c. 55: 4. Angelus test. Mal. 3: 1. Testis fidelis, Apoc. 1: 5. & c. 11. In *Regem*, quo Christus coelos conscenderet, ubi susceptâ imperij administratione, sedet ad dextram patris, ut diabolos, ac omnes eorum potestates sibi subijciat, donec in novissimo die, liberati ab omni malo, gloriâ & honore coronemur. Ps. 110: 2. Hinc appellatur Rex noster, Esa. 33: 22. Rex Gloriæ, Ps. 24: 7: Princeps pacis, Esa. 9: 6. Judex universæ terræ, Gen. 18: 25. Dominator, Mal. 3: 1. & c.

53. Ἀρχι-reginῆς ὁ, c. 2: 8. Syr. *Riseh Semachâ*, i. e. caput Regiminis.

54. Μάρνα τὸ, c. 6: 31. Syr. *Mannâ*. Heb. *Man*. Exod. 16: 15. *Et viderunt Filij Israël, & dixerunt alter alteri: Man est, quia ignorabant quid esset.* In versione vulgata, *Manibus*, exponitur per *Ma hu*, i. e. quid est illud? Quæ quidem expositio, etsi in textu hebræo non reperiat, retinetur tamen ab Ariâ Montano in exp. interlineari.

Quidam

Quidam hebræorum *Man* à *Manab* deducunt, quatenus donum significat, quippè cum filij Israël ignorarent quid esset, ideoq; certum nomen imponere non possent; *Man*, i. e. donum appellaverint, seu benedictionem Domini. Quidam id ipsum à *Manab* deducunt, quat. præparare significat, eò quod cibus hic, in seipso, præparatus fuerit non indigens præparationis alienæ. Quidam verò id à *Manab* derivant, quã particulam denotat, ut Avenarius, quod cibus iste determinatè è cælo delapsus, distribuebatur inter filios Israel. Porro non tam quæritur per voces, *ἐκ τῆς ἐρανῆς*, de loco, unde descendit hic panis; quem tamen è cælo & nubibus pluisse constat; sed an hic panis, qui cœlestis appellatur Ps. 78: 24, verè sit cœlestis? R. Hoc comparatè negat Christus, & se unum potiùs dicit cœlestem panem esse, qui in cœlestem & verè beatam vitam pascit. *Duplex igitur*, ait Beza in h; l. *In proximo versiculo scilicet 32. instituta collocatio est, una Moyses, qui suos Israelitas paverit Mannâ, cum cœlesti patre, qui suis & ipse panem cœlestem miserit: altera ipsius Manna cum Christo; Manna non propriè descendit è cælo sed nubibus: Christus autem verè descendit è cælo, nempe è sinu patris: Manna hanc duntaxat vitam sustinebat, ad tempus: Christus suos in vitam aternam pascit.*

55. *Νάρδος* @ *ἡ*, c. 12: 3. Nardus, Syr. & Chald. *Nirdâ*, Heb. *Nerd*.

56. *Παράκλητος* @ *ὁ*, c. 14: 15. Advocatus. *Syrus* græcam vocem retinet, *Paraklitâ*, Dicitur hæc vox etiam de Filio, Rom. 8: 34. 1. Joh. 2: 1. Ideoq; h. l. expressè Salvator inquit: *καὶ ἄλλον παράκλητον δώσει ὑμῖν*, i. e. præter me, dabit vobis etiam Spiritum S. visibili modo. Hinc

rectè de unâ Essentiâ divinâ & pluralitate personarum dixit *Damasceus*: In Deo est ἄλλο, καὶ ἄλλο, & αὐτὸ ἄλλο καὶ ἄλλο.

57. Λιθόστρωτος ὁ, c. 19:13, Nobile pavementorum genus, exiguorum lapillorum incrustatione factum. *Plin.* l. 36; c. 25. *Pavimenta originem apud Græcos habent, elaboratâ arte, pictura ratione, donec Lithostrota expulere eam, Heb. Gabbatha, i. e. excelsus locus. qualia sunt judicum tribunalia. Syrus interpres habet Gaphphata, ac si græcè dicas, περιβολου, latinè, septum.*

58. Σαββάτι ὁδὸς ἡ, Act. 1: 12, Iter Sabbathi. *Syrus* interp. *Et distat ab ea (Urischelem) ferè septem stadiis.* Est autem Σαββάτιον vox Græca & Latina, quam *Syrus* hâc formâ retinet: *Aslaruta & Essadiun.*

59. Ἀκελδαμά v. 19, Conf. *Math.* 27: 8. Ager sanguinis. Voces sunt *Syriaca*, *Chakal*, i. e. ager tam cultus & sativus, quàm qui habitationi inservit: Et *Dema*, idem quod heb. *Dam*, sanguis: v. 18 dicitur *Judas* agrum acquisivisse: At *Math.* 27: 7. Sacerdotes eundem emisisse leguntur. ἐναντιοφάνειαν sic tolli putat *Heinsius*: *Judas* dicitur possedisse χωρίον h. e. particulam agri q. diceret *Lucas*: id præmium proditoris abstulit *Judas*, ut terræ tantillum quod corpus caperet assequutus sit, quod præter proditoris expectationem Dei consilio factum est. Post v. 19, de toto agro dicitur: τὸ χωρίον ἐκεῖνο. Alij possedisse illum agrum existimant, quod cum peregrinis in eo sepultus fuit.

60. Πεντηκοστή ἡ, c. 2: 1. Quinquagesima scilicet dies à festo paschatis, vel Festum ipsum, quod eo die celebratur. *Syrus* eandem vocem hâc formâ retinet: *Pentikisti*, ἐν τῷ συμληρῶσθαι, *Erasmus* ad verbum vertit:

Et quum

Et quum completeretur. *Beza*: quum autem advenisset: affirmat enim ex hebræorum more, apud quos innotuitus modus temporibus non distingvitur, positum esse præsens pro præterito *συμπληροθῆναι*, ad imitationem Luc. 2: 21: *ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτώ*, ad verbum: quum impleti fuissent dies octo; quin tamen ipse dies octavus non præterijisse, sed advenisse intelligatur, in quo fuit circumcisio facienda ex lege, non autem in diem nonum differenda, sicut scribitur Lev. 12: 3. conf. Luc. 1: 59, ubi circumcisum venerunt puerum ipso die octavo.

61. *Χριστιανοὶ οἱ*, c. 11: 26, Christiani. *Syrus* pariter: *Cheristiane*. Ante dictos fuisse Galilæos & Nazaræos, imò & judæos, Autor est Suidas, Arianus L. 2. c. 9. & Suet. c. 25. Valde pulchrum est, appellari Christianum, sed cum non omnes, qui diciunt: Domine Domine intrant in R. cœlorum Mat. 7. quin potius cum omnes hæretici, eo nomine, sua *βδέλυγματα* palliare soleant, rectè faciunt, qui unamquamq; sectam ab introductore denominant. Improbandum igitur est, quod *Beza* in h. l. notat eos scilicet huic Domino renunciare, qui volunt ex suis Doctõribus etiam bonis nuncupari. Quasi Paulus perperam se Pharisæum appellet, Phil. 3. vel Christus Nathanaelem nominando Israelitam peccet? Joh. 1. Quod verò *Beza* provocet ad locum 1. Cor. 3: 5. & Paulum, Cepham & Appollinem, idem docuisse Evangelium, adeoque unam constituisse sectam, quod non faciunt Lutherus, Bellarminus & *Beza*. conf. Hutt. Irenicum verè Christianum, contra *Bezam* & c.

62. *Κολώνια, ἡ*, c. 16: 12, colonia, græcis aliàs *ἀποικία*. *Syr*, *Kulannia*.

63. *Σίγγη*.

63. ζήτημα τὸ, c. 18: 15, quæstio. Syrus idem retinet: *Zitime*.

64. Θεατρον τὸ, c. 19: 29. *Theatrum*. Syr. paraph. *Leheatrum*, i. e. in *Theatrum*. Significat autem vel locum, in quo diebus festis ludi spectabantur, nonnquam etiam orationes audiebantur; vel spectaculum ipsum per μετῶνυμίαν subjecti, ut 1. Cor. 4: 9. Θεατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ. Sic retinetur à Syro χιλίαρχⓄ ὁ, c. 22: 24. Sic ῥήτωρ ὁ, c. 24: 1. Syr. *Rehetarâ*. Sic Καῖσαρ ὁ, c. 25: 8. Syr. *Kesar*. Sic κυβερνήτης ὁ, gubernator Syr. *Lekubernithi*. i. e. gubernatori. Sic πολιτεία ἡ c. 22: 28: civitas, Syrus habet vocem *Larhumajutha*, quæ significat *Romanitatem*: q. d. Ego argento multo acquiſivi *Romanitatem*, i. e. jus Civitatis Romanæ.

65. Ἄγκυρα c. 27: 29, Anchora. Syr. *Ankina*, in comment *Ankora*. v. 40. ἀρτέμων, Artemon, Syr. variatè *Armenon*. sic πυρὰ ἡ, Pyra, Syr. *Burâ*.

66. ΒάρβαρⓄ ὁ, Rom. 1: 14, Barbarus, balbutiens & inconditâ lingvâ loquens. καὶ βαρβαροῖς, Syrus vertit: *Ubarbaraje*.

67. Ἄσπις ἡ; c. 3: 13. *Aspis*, ἰὸς ἀσπίδων, i. e. venenum aspidum: Syrus cum articulo præfixo vocem retinet græcam, *Daspes*.

68. Ad c. 4: 5. Notandum diligentèr contra pontificios est, qui criminantur illam propositionem: *Solâ fide justificamur*, esse ἀγροφον, & à Luthero excogitatam; quod præter alia veritatis subsidia, ipse textus Syriacus Luthero faveat: ubi enim textus originalis dicit: πιστεύοντι δὲ ἐπὶ τὸν διμαῖον ἀσεβῆ, i. e. credenti in eum qui justificat impium: Ibi Syrus: *Credenti* (*Balkut* i. e. *modò* sive *Tantum*) in eum qui justificat, legit.

69. Ἀββᾶ ὁ, c. 8: 17 pater. Syr. *Abba* Abban, Pater, pater noster.

70. Κύριος, Ζηβαὸθ, c. 9. v. 19; Dominus Sebaoth. Syr. *Morja Zebauth* idem.

71. Ἀρχιτέκτων ὁ, 1. Cor. 3: 10; Edificator princeps. Syrus eandem fermè vocem retinet: *Ardichla*.

72. Ἀλαλάζον τὸ, c. 13: 1. Tinniens. Syrus alludit: *Zazla*.

73. Κιθάρα ἡ, c. 14: 7. Cithara. Syrus græcam vocem retinet: *Kitará*.

74. Ἀνάθεμα τὸ, μαρὰν αἰθᾶ c. 16: 22. Anathema est vox græca, sed *Maranatha* est phrasis Syriaca, significans: *Dominus noster venit*. Verum Act. 23: 12 ἀνεθεματίσταν ἑαυτῆς devoverunt se, Syrus vertit: *Vacharemu alaibun*, i. e. anathemate obstrinxerunt se. Nomen est *Cherma* anathema: *Acharem* enim Syra vox in conjug. Aphel notat, anathemate se devovit. Et quemadmodum ἀναθεματίζειν est execrari, extremis diis devovere: sic ἀνάθεματιῶς Hesychio dicitur ἐπαρᾶτ, ἀκουάνητ, i. e. à communionem hominum alienus, vel eadem indignus. In V. T. sumitur Anathema quoq; in bonam p. Lev. c. ult. 21 & 28; significat enim *Hecherim*, non solum internecioni devovit, sed & consecravit. Verum in N. T. accipitur ut dictum est prius. E.g. 1. Cor. 12: 3. Rom. 9. 3. Gal. 1: 8. Eodem sensu retinuerunt eandem vocem scriptores Ecclesiastici, ut videlicet ex Anathematismis *Cyrilli* contra Nestorium, in Synodo Ephesinâ, & alijs videre est. Verum hodie Pontificiorum anathematismi, sunt fulgor ex pelvi & fulmen brutum, cum ipsi sint idololatra. Differunt

verò ἀνάθεμα καὶ ἀνάθημα; hoc enim significat donum quod consecratur, q; d. dicamentum, vel latinius donarium, ut ex Luc. 21: 5, constat. *Ανάθεμα* verò, *Maran-atha* h. l. appellatur, ideò, quia nulla videbatur aptior extremi anathematis formula, quam extremæ Christi Domini venturi ad iudicium, condemnationi, absq; spe veniæ addicere peccatorem deploratum.

75. Ἀρράβων ὁ, 2. Cor. 1: 22. Arrhabo. Syrus paraphrastes vocem habet affinem *Rahabuná*. Hebræis est *Arabon* pignus, Gen. 38. 17.

76. Βελίαρ ὁ, c. 6: 15, Belial. In explicatione hujus vocis variè se torquent interpretes: alij enim eandem derivant à *Beli*, i. e. sine, non, & *Taal* profuit: alij à *Belinop*, & *alab* ascendit, q; qui nunquam ad apicem frugis ascendit: alij, ut Hieronimus, ex *Beli* sine, & *OL* jugum, ut denotetur diabolus, qui jugum Dei de collo suo abiecit; ideòq; LXX interpp. vocant *παράνομον*, quia Satan est Dei & legis ejus adversarius. Huo facit quod Aquila per *ἄπιστον* converterit. Sed quod *p* in fine ponatur, est procul dubio imputandum Amanuensi: nec enim statuendum est id reperiri in ob. Exemplaribus

77. Ἀσπρία, ἡ, Eph. 5: 18. Syrus: *Asuthuta*. Luc. 21: 34 *κρασπάλη*, ἡ. Græci hanc vocem deducunt *παρα τὸ κάρα πάλλευν*, q; dicas, vibrantem capitis dolorem è nimio vino.

78. Κερεβίμ, Heb. 9: 5, Cherubim. Vox *Cherub* notat imaginem hominis, propinatorio impositam. Exod. 25: 18, representans angelos invisibiles; à R. *Charab*, i. e. appropinquavit.

79. Ἀβαδδὼν ὁ, Apoc. 9: 11. perditor. Hanc vocem interpretatur ipse Johannes per *ἀπολλίων*, i. e. perdens; Est quip-

Est quippè à R. *Abad* perijt; in Piel vero significat perdidit. Dicitur ita Satan, tum ob effectum, quia omnes perdere dat operam; tum ob locum, in quo imperat, puta abyssum, cujus hic angelus esse dicitur.

80. Ἀλληλῆια c. 19: 1. Alleluja, i. e. Laudate Dominum, est vox inchoans & finiens Psalmos: Pl. 111. 112. 113. 103. 104. Nomen Dei *jab* rectè censetur esse primitivum & non contract. idq; ob conjunctionem *jab* & *jehovah* Esa. 12: 2. c. 26. v. 4. conf. Pl. 68: 9.

81. Γῶγ καὶ μαγῶγ c. 20: 8, Gog & Magog. q; dicas testum de tecto. Hieronimus h. l. & Ezech. 38 & 39. notari censet Saracenos, Turcas, Tartaros, Schytas (quales sunt Moschovitæ) & alias barbaras gentes.

Nomina N. T. peregrina Syriaca propria, invenies in fine Lexici Paforis.

XLII. IV. LINGVA ARABICA, originem habet ex Chaldaica & Syriacâ, sicut hæ duæ ex hebraicâ; olim Agarenis in usu, nunc per Asiam & Africam vernacula. Literæ apud Arabes, quæ hodie in usu sunt, 28 numerantur, quarum nomina parum, figuræ verò *dis dià πασῶν* à superioribus differunt. Ex Guidone & alijs refert Gerhardus, omnia scripta sacra, in Arabicâ Lingvâ, imò nonnullas Epistolas Pauli hæc, & nullâ aliâ lingvâ, extare, & A. 92. Romæ editum esse N. T. Arabicum. Biblicus Lingvæ Arabicæ usus laudatur ob paraphrases varias, & ipsum N. Testamentum Arabicum: Elencticus, ob lectionem Alcorani Mahumedaani, & consutationem Turcismi.

Tantum de Lingvis Orient. Quæ sequuntur de studijs Philologiæ cæteris, alijsq; , quæ promisi, Philosophicis, decrevi jam multò brevius instituto, ob nonnullas causas pertextere: cum primis verò, quod mihi jam properandum sit ad Theologia; una ergo Exercitatione de prærequisitis tum Philologicis restantibus, tum philosophicis agam. Et quidem brevissimè, quam vis id fieri, si placuisset, copiosissimè posset.

Exercitatio Octava.

De Residuis studijs, tum Philologicis, tum Philosophicis. Propositio I.

HActenus de Lingg. Theologiæ studio apprimè necessarijs prolixè egi, de arte v. eisdem discendi Grammatica, etsi antea aliquid dixerim in Exerc. de Ling. Lat. pag. 180. placet tamen necessitatem ejus, etiam hoc loco, sed aliter, paucis commendare, præsertim cum jam tandem eò deveni, ut philosophiæ partium usum in Theol. ordine & sigillatim; licet certis de causis, multò succilius quam primò institueram, ostenderem Grammaticæ igitur ejusq; terminorum cognitionis rudis, vix in acie cum Adversarijs subsistet, E. G. dum quæritur:

An *ἐξάρια* & *διναμεις* nonnunquam sint idem; an verò discrimen harum vocum sit universale? prius Nos Aff. post. Beza Calv. A. An vocabulum Mundialiquando solos Electos denotet? Nos N. Calv. A. An Prædestinatio & Electio sint Synonyma? Nos A. & Calv. N. An verba activa semper actionem vel efficacem concurrentem significant? Nos N. Calv. A. in loco de peccato: An vox Baptismi, immersionem tantum significet? Nos

N. Calv.

N. Calv. A. An verbum *δέχομαι* exponi possit passivè?
 Nos N. Calv. A. in loco de omnipræs. carnis Christi,
 ex Act. 3: 21. &c.

Philologiæ studia ad sermonis ornatum pertinentia sunt Rhetorica & oratoria, quæ Theologiæ studioso nequaquam negligenda, sed sedulò excolenda sunt, non tantùm ob progymnasmata concionatoria; sed etiam ob artificium oratorium Spiritus Sancti in Scripturâ S. delitescens, ut & ob usus facultatis dicendi in quâcunq; parte Theologiæ, ne exceptâ quidem Polemicâ. Conducit igitur Rhetorica i. Theologo concionaturo, quem etiam Rhetores officij admonere solent.

Monita in collegio concionatorio Reverendi Dn. Doct. Calovij, futuro verbi Dei Ministro non contemnenda, notabam Witebergæ, & Latinitate donabam sequentia:

1. *Membra principalia extantiùs proponenda sunt, propter memoriam Auditorum; subdivisiones verò, si plures fuerint, arte tegendæ, ne obruantur Auditorum animi.*

2. *Rhetoricandum nonnihil, & flosculis oratorijs Tituli elegantèr combinandi sunt; abruptus enim sermo in sacris orationibus ingratus est.*

3. *Vox interdum extollenda, pro diversitate materiae, nunc reprimenda: unisona enim ingrata est.*

4. *Elaboratio fidelitèr memoria mandanda, ne crebra fiant suspiria & interstitia.*

5. *Dicotomie, vel alia divisionum species observandæ, ne turbetur memoria.*

6. *Majori verborum apparatu res diducendæ.*

7. *Unum ex alio per concinnam connexionem deducetur, ne oratio fiat hialca.*

8. *Interstitia paucula faciendâ, propter meditationem Auditorum.*

9. *Præmeditata loqui tutius est, ne unum vel dictum vel verbum ponatur pro alio: & adstringere se dispositioni præstat, quam liberiori uti sermone.*

10. *Textus cordiculus persequendus est.*

11. *Phrasologia Spiritus S. stricte adhaerendum.*

12. *Ubi plures sunt res, plura faciendâ verba, aut è minus de Textu assumendum.*

13. *Pronunciatio gradatim ascendat, nisi Solemnitas aliqua diei Festi, vel alia, aliud interdum suadeat, ut ita in progressu oratio plenis passibus cadat, instar navis velo distenta.*

14. *Μεγροῖς nimium effectata & natura invita fugienda.*

15. *Loca biblica non sunt citanda sine vel iisdem verbis, vel paraphrasi accommodatâ & parallelâ.*

16. *Ex Latinis Patribus in doctiori Ecclesiâ, possunt sententia nonnunquam latinè proferri, sed tamen non continuas, si nimium fuerint prolisæ.*

17. *Ex Græcis patribus græcè aliquid proponere è suggestu, non decet.*

18. *Inter concionandum non est cantillandum.*

19. *Vota quæ sunt, merito erunt ἐγγραφα.*

2. *Theologo disputaturo, ut ex his quæstionibus constet:*

An tropus etiam sit in vocibus conjunctis? Nos N. Calv. A. An tropus locum habeat in totâ prædicatione? Nos N. Calv. A. An duplex sit Metonymia, altera in vocibus, altera in prædicationibus? Nos N. Calv. A. An fides rectè dicatur justificare Metonymicè? Nos N. Calv. A. &c.

II. *Παρασκευασινὸς 2. Acut ingenium futuri Theologi, ut supra innuebam, ipsa Logica, quæ ad veritatem connexionum indagandam ac defendendam, & falsitatem profligandam, definiendo, distribuendo, methodicè disponendo & ritè differendo, cum primis necessaria est: Cujus quo majorem usus laudem, eò abusus crimen majus habet. Proinde Augustinus Lib. 2. de doct. Christ. c. 31 ait: Disputationis disciplina ad omnia genera questionum, quæ in literis sanctis sunt penetranda & dissolvenda, plurimum valet: tantum ibi cavenda est libido rixandi, & puerilis quadam ostentatio decipiendi adversarium: Sunt enim multa quæ appellantur sophismata, falsa conclusiones rationum, & plerumq; ita veras imitantes, ut non solum tardos, sed ingeniosos etiam minùs diligenter attentos decipiunt. Et immediatè subjungit B. pater exemplum γὰρ ἔλεγγυ κατὰ τὴν, dicitq;: Proposuit enim quidam dicens ei cum quo loquebatur: quod ego sum, tu non es. At ille consensit: verum enim erat ex parte, vel eo ipso, quod iste insidiosus, ille simplex erat. Tunc iste addidit: Ego autem homo sum. Hoc quoq; cum ab illo accepisset, concludit dicens; Tu igitur non es homo. Quod genus captiosarum conclusionum, scriptura, quantum existimo, detestatur illo loco, ubi dictum est; Qui Sophisticè loquitur odibilis est, Eccl. 37. Paulò post ostendit idem Augustinus, quomodo veræ connectiones interdum falsas contineant sententias, quales 1. cor. 15 extant: Neq; Christus resurrexit; inanis est prædicatio nostra: inanis est fides vestra, cum tamen connexio apostolica sit verissima. Si mortui non resurgunt, neq; Christus resurrexit. Et si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, imò & fides vestra &c. Ideoq; rectè monet Epiphanius hæc. 65: Oportet uniuscujusq; questionis inventionem*

tionem, non ex proprijs ratiocinationibus, sed ex scripturarum consequentiâ desumere. Disputare verò de subtilitatibus logicis, novitates item & minutias in Logicis sectari, ijsq; multum temporis terere, minùs esse consultum Theologiæ studioso judicat Dn. D. Calovius in prædiâ sect. II. c. 2 p. 110; Est enim Logica ὄργανον καθολικόν, ideoquè unicè ex usu pretium ejus æstimari debet. In praxi ita versandum, ut proponantur argumenta syllogisticè, ac resolvantur secundum præcepta artis logicæ: Ad hæc, quamvis non semper præcisè in formâ explicitâ disputandam sit Theologis (quod B. Meisnerus Prof. Witteb. aliquando obtinuit adversus Cornelium Martini, Prof. Helmstad.) quibus etiam econtra, nunquam contra formam h. e. contra præcepta formalia disputandum; tyronibus tamen qui logicam praxin excolunt, id pernecessarium est, ut præceptorum usum eò rectiùs percipiant. Paulò post monet cit. loco, Theol. Studiosos his verbis; idem, Ramæus, ut & mixtis authoribus, ne delèctentur, si peripatetica Logica informatione gaudere possint; quod consilium quam salubre sit, ipsi tum agnoscent, cum discernere poterunt, quid dissent ara Lupinis. Nec nullam hujus consilij subnectit causam, dum statim inquit: Vitentur autem sedulo Calvinianorum & Pontificiorum Logica Systemata, quæ ob Pseudo-Canones, & Exempla Pseudo-Theologica admista, vix periculo vacant. Nota: Quemadmodum ad Regulas Theologorum non quadrant exempla Philosophica; ita, ad Canones Logicos exponendos, ineptè sæpenumero adhibentur exempla theologica. Unde Sadeel, unus ex Calvinianis, rectè ait in Lib. de V. H. N. De divinis mysterijs non est ex Philosophorum Regulis pronuntiandum.

Huc spectant exempla quaestionum in Theol: contro-
 versarum, quarum decisionem nequicquam expedies si-
 ne intelligentiâ Logicæ, utpote: An quod de totâ spe-
 cie prædicatur, ad singula individua rectè queat applica-
 ri? Nos A: Bellarm. cum Pontif: quibusdam N. de Fide.
 An ratio, qualis est imputatio meriti Christi, sit Ens i-
 maginarium? Nos N. Pontif: A. An maneant Fundamen-
 ta relationibus extinctis? Nos A: Pont: N. de pecc. orig.
 Num contritio sit in prædicamento Actionis? an passionis?
 Nos N. Prius. A. Post: Pontif: è contra. An unum u-
 ni tantum opponatur? Nos N. Pontif: A: de Antichri-
 sto. Num causa sit Prior suo Effectu? Nos D. Pon-
 tif: A. de fide justif: An sublata causâ tollatur effectus?
 Nos A. pontif: N. de pecc. orig. An idem possit refer-
 ri ad varia causarum genera? Nos A: Pontif: Neg. de
 justif: An attributa causæ Principalis convenient instru-
 mento? Nos dist: Bellarm: N. de com: idiom: Num
 res una diversas formas admittat? Nos A. D. Pont: N. de
 justif: An sublato Formali tollatur Materiale? Nos N. d.
 Pontif: A. de concupisc: An denominatio semper fiat
 ab inhærente, non verò externâ formâ? Nos N. Pont:
 A. de just. imp. An pars possit esse genus totius? Nos
 N. Pontif: A: de genere Sacram: An Entia collectiva
 verè possint definiri? Nos A: Scholastici N. de Sacram:
 An distinctio rem multiplicet? Nos N. Pont: A. de Ec-
 clesia Vis: & invis: An in oratione, verba peregrina &
 auditoribus ignota rectè assumantur? Nos N. Pont: A.
 in peragendis sacris. An propositio imperativa & con-
 ditionalis, semper præsupponat vim agendi? Nos N.
 Pont: pelagianizantes A. in lib: Arb: An unius oratio-
 nis simplicis multi sint sensus? Nos N. Pont: A. de sen-

ſu ſcript: Num in prædicatione affirm. ſubjectum & prædicatum idem planè ſupponant? Nos N. Pontif: A. in Tranſubſt: An in prædicationibus affirmativis, vocabula idem ſignificent quod in contradicentibus negativis? Nos N. plus negari, quam affirmari per neceſſariam conſeq: Pont. A. de primatu Petri. An in propoſitionibus perſonalibus tota perſona, an verò partes unitæ prædicentur? Nos Neg: Prius, A. poſt. Pont: cum Calv nonnullis è contra. An in Enunciationibus perſonalibus diſparatum de diſparato prædicetur? Nos A. Pont: cum Calv. N. An optimus interpretandi modus ſit, conſulere ſcripturas? Nos A. pont. N. de R. pont. nec non Calv. de Teſt. intrin. An interpreti ſit licitum nonnunquam voces addere in textu orig: non extantes? Nos A. Ex Luth: Rom. 3. 28. Ulein. conf. Rom: 4. 5. Syr. Balchud. An in ſcripturis ſint veræ contradictiones? Nos N. Pont: A. Num pontificij in probandâ Scripturæ & Eccleſiæ authoritate faciant circulum? Nos A. Becanus. N. An primus modus per ſe ſemper ſit essentialis? Nos A. Jeſu vitæ N. An nova reſpondendi forma Jeſu vitæ, in colloquio Ratiſp. uſitata, ſit bona? Nos N. Pont: A. An Reſpondens etiam petat principium? Nos A. N. Tannerus in colloq: Ratiſp. Num à nominibus ad rem firma ſit conſequentia. Nos N. Pont: A. de Pont. An numerus, quâ talis, vim probandi habeat? Nos N. Pont. A. de 7 ſacram: Num à prærogativis ad primatum V. C. Nos N. pont: A. de Petro. Num omnia antiquiſſima, quoq; veriſſima? Nos N. Pont: A. de Doct. Cath. An ab utili aliquo ad ſufficiens V. C. Nos A. D. Pont. N. de perfect: Script: S. Num Eccleſiæ veritas à multitudine, bonâ conſeq. deducatur? Nos N. Pont: A. An ab

inſtitu.

institutione ad præceptum Valeat Conseq? Nos A. Pont: N. de com: sub una specie. An Testimonia patrum in dispp. Theol: habeant viam probandi infallibilem? Nos N. Pont: A. &c.

An propria possint separari à subjectis, salvâ essentia? Nos A. Adv. N. An propria rei unius, possint alteri diversæ communicari, & an effectum proprium nonnunquam idem sit quod adjunctum proprium? Nos A. Calv. N. An caro Christi rectè dicatur accidens, vel adjunctum τῆ λόγῃ? Nos N. Calv. A. An nuda relatio veram importet relatorum præsentiam? Nos N. Calv. A. in S. Cœnâ. An relatum correlato propter σχεῖν inesse nequeat? Nos N. Calv. A. in Cœnâ. An terminus relationis nonnunquam sit affingendus relato? Nos in art. de Sacr: Aff: Calv. N. An relata simul sint naturâ & actu? Nos A. Calv. reip̄â N. in art. de cœnâ. An correlatum de relato prædicetur in casu recto? Nos N. Calv. A. in art. de cœnâ. An Sacramentum sit relatum secundum esse? Nos N. Calv. A. An verbum Dei quatenus prædicatur, ad efficientem conversionis causam referri queat? Nos A. Calv. N. An personæ S. S. Trin: sint creationis causæ sociæ? Nos N. Calv. A. An idem possit esse efficiens & materia? Nos A. Calv. N. in art: de S. cœnâ. An significatio effecti spiritualis, rectè dicatur finis sacramentorum N. Test: Nos N. Calv. A. An idem possit esse causa & effectum? Nos A. Beza cum Calv. reliquis N in art. de prædest. An oporteat semper, causam & effectum esse simul? Nos N. dist: Calv. A. in doct: de Eccl. & merito Christi. An unus idemq; effectus causæ principali & instrumentali, rectè propriequè attribuat? Nos A. Calv. N. in art: de Sacramentis.

*An definitio actionis, in quâ loco generis ponitur ob-
jectum, sit simpliciter vitiosa? Nos N. Calv. A. in def.
coenæ à B Luth. factâ. An genus & differentia nonnun-
quam possint coincidere? Nos A. d. Calv. N. in eod. art.
de Sacram: An copula propriè sit enunciationis, vel etiam
prædicati pars? Nos N. Calv. A. An tropus possit es-
se in copula? Nos N. Calv. A. An prædicatum quan-
doq; sit pars subjecti? Nos A. Calv. N. in art: de Coenâ.
An talia semper sint prædicata, qualia permittuntur à
subjectis? Nos dist: Calv. aff. abs. negando omnipræs:
carnis Christi. An in una oratione simplici, vox una
duas sustineat significationes? Nos N. Calv. A. in S. Cœ-
nâ. An variatio subjectorum & prædicatorum tollat æ-
quipollentiam propositionum? Nos N. Calv. A. in S.
Cœnâ. An dentur prædicationes κατὰ οὐθεου im-
propriæ? Nos N. Calv. A. in eod. art. An prædicationes
inuitatæ personales & sacramentales sint Reales, an tan-
tum verbales? Nos A. prius, N. post. Calv. è contra.
An Deus & homo, in prædicatione, verè sint disparata
Nos A. Calv. N. An propositiones, Filius Dei est pas-
sus, Dominus gloriæ est crucifixus, sint synecdochicæ?
Nos N. Calv. A. An communicatio idiomatum nihil
sit aliud, quam nuda & mera prædicatio? Nos N. Calv.
aff. An quod est in alio, dici queat esse ipsum? Nos
A. Calv. N. in S. Cœnâ. An vera sit contradictio: caro
Christi est hic & ubiq;, videtur & non videtur? &c. Nos
N. Calv. A. An aliquid possit dici de toto, quod parti-
bus nullis conveniat? Nos N. Calv. A. in art. de exalt:
hum: nat: Christi. An à præsentia totius ad præsen-
tiam partium V. C. ? Nos A. Calv. N. in art: de Person:
Christi. An semper in forma syllogistica de rebus Theo-
logicis*

logis sit disputandum? B. Meiss: N. loquendo de certâ figura & modo, non vero negat loquendo de bona conseq. ut Cornelius Mart: criminatur Cal. aff. Beza in colloq. Momp. una cum Papistis in colloq. Ratisp: &c.

III. 3. Stabliunt autem ingenium Futuri Theologi Philosophiæ partes reliquæ, magis propriè ita dictæ, utpotè

I. *METAPHYSICA*, cujus utilitas permagna esse creditur, tum quoad quæstionum mixtarum intelligentiam ac decisionem, tum quâ præcepta generalia, usu se per omnes materias diffundentia, tum quâ canones, quorum usus pariter & abusus probè cognitus, conducit Theologiæ Polemicæ, ut è Metaph. div. Dn. D. Calovij videre est, præsertim recognitâ, in qua doctrinam transcendentalem ab erroribus Calvinisticis, quibus infecta esse solet, liberavit. Huic disciplinæ affinis est (α) *Gnostologia*, quæ agit de scibili, quâ tali, informando mentem de accuratâ cognoscendi ratione, quomodo abstrahenda universalialia à singularibus, essentialia ab extræessentialibus sunt, quomodoq; idealiter & in conceptu proprio, quævis res repræsentanda. (β) *Noologia*, quâ Principia omnis cognitionis prima expenduntur, ut contra negantem principia, scilicet secunda, etiam disputare possimus. Et (γ) *Pneumatica*, quæ, ut est cognitio spirituum naturalis, quæ subordinatur cognitioni eorundem revelatæ, adeoq; sacro studio maximè cognata; ita Theologiæ studioso utilissima esse censetur.

Metaphysicæ notitiam futuro Theologo commendabunt quæstiones seqq: An duo actus primi in Ente realiter existente concedendi? Nos A. Calv. N. in art: de Hum: Christi. An omne Ens habeat propriam existentiam? Nos N. Calv. A. cum Nestorio de Peri: Christi.

An qualis substantia, tale etiam sit subsistere: Nos A. Calv. N. de carne Christi illocali. Num ad veram præsentiam requiratur propinquitus localis? Nos A. Calv. N. de H. nat: Christi. An verè unum sint quæ definitione, tempore, alijsq; modis differunt? Nos N. Calv. A. de Bapt: An ex unione fluat vera & mutua unitorum præsentia? Nos A. Calv. N. de præsen: carnis Christi. An una sit veritas philosophica & Theol: Nos A. d. Adv. N. An malum absolutè fuerit necessarium? Nos N. Calv. A. An omne malum sit Ens merè Privativum? Nos N. d. cum Luth: Schol. & q. Calv. A. simpl. An formæ sint divisibiles? Nos N. Calv. A. de Fract: panis. An qui vult finem, velit etiam media ad finem illum ducentia? Nos dist: Calv. A. simpl. de peccato. An omnes actiones & effectus sint suppositorum? Nos A. Calv. N. de primo gen: com: idiom: An totum realiter differat à partibus simul sumptis? Nos N. Calv. A. de duab. nat: Christi. An detur pars essentiæ, quæ tamen toti non sit essentialis? Nos N. Calv. A. de ἀρτοκρασία. An abstractum nonnunquam significet quod est extra unionem? Luth: A. Calv. N. in loco de com: idiom: An omne signum debeat esse externum & visibile? Nos N. Calv. A. de Sacram: An finitum possit fieri capax infiniti? Nos A. Calv. N. de maj: carnis Christi. An inter substantiam & accidens detur medium? Nos A. d. Calv. N. de com: idiom: An idem accidens possit esse in duobus subjectis? Nos A. Calv. N. de com: idiom: An angeli sint corporei? Nos N. Calv. A. An sint in loco? Nos N. illi A. An sint mortales? Nos N. illi A. An dentur notitiæ de Deo naturaliter ingeneratæ? Nos A. Socin: N. An mysterium Trinit: possit

possit demonstrari Principijs rationis? Nos N. Calv. A. An Deus possit exactè definiri? Nos N. Calv. A. An Dei præscientia tollat rerum contingentiam? Nos N. Calv. A. Num Calviniani detrahant omnipotentia divina? Nos A. Ipsi N. An voluntas Dei alia sit antecedens, alia consequens? Nos A. Calv. N. An detur distinctio inter vol: Signi & Beneplaciti? Nos N. Calv. A. An quidquid Deus vult fieri, semper fiat? Nos N. Calv. A. de prædest: An Deus semper approbando cum causis secundis concurrat? Nos N. calv. A.

II. *P H Y S I C A* non solum jucunda disciplina est & digna cui ingenij excolendi opera impendatur; quapropter celebratur scientia Salomonis, quâ disputare potuerat de herbis & plantis, jumentis, volucris & piscibus, hyssopo quoq; quæ egreditur de parietate &c. sed & studiosis Theologiæ, vel Augustino judice, valdè utilis: is enim lib: 2. de doct: Christ: c. 29. ait: *In quo genere sunt quæcunq; de locorum situ, naturisq; animalium, lignorum, lapidum, herbarum, aliorumve corporum scripta sunt: eamq; cognitionem valere ad ænimata scripturarum solvenda docuimus: non ut pro quibusdam signis adhibeantur, tanquam ad remedia vel machinamenta superstitionis alicujus: nam & illud genus jam distinctum ab hoc licito & libero separavimus: aliud est enim dicere, tritam istam herbam si biberis, venter non dolebit; & aliud est dicere, istam herbam collo si suspenderit venter non dolebit. Ibi enim probatur contemplatio salubris: hic significatio superstitiosa damnatur. Quinimò, necessariam Theologo naturalium rerum cognitionem indicat Meisnerus in certaminibus cum hæreticis, de varijs fidei articulis. E. G. dum inter nos & Calvinianos quæritur: An locus*
corpo-

corporibus simpliciter necessarius, ita ut nullum dari possit corpus, quod non sit in loco? Et Hi aff: Nos N. An unum corpus citra destructionem essentialis, in duobus vel pluribus locis præsens esse queat? Calv. N. Nos A. An omne corpus solidum necessario & semper tangatur atq; videatur? Aff: illi Nos Neg. An substantia corporis glorificati, alia sit futura à substantia corporis Physici? Nos N. Illi A. An corpora eandem sint habitura materiam, quam nunc habent naturalia? Aff: Nos. illi N. An corpora gloriosa carnem & ossa sint habitura? Nos A. Adv. N. An omnium beatorum corpora, Christi stature & magnitudini futura sint conformia? Nos D. Adv. A. An qualitates corporum glorif. sint tantum 4. ex 1. Cor: 15. 43: Nos N. Schol: A. An glorificata corpora sint invisibilia? Nos dist: Calv. N. An corpora gloriosa sint immobilia, & in momento esse possint ubi voluerint? Nos A. Calv. N. An corpora gloriosa necessario in loco existant? Nos N. Calv. A. An corpora gloriosa penetrare possint corpora non gloriosa? Nos A. Calv. strenuè Neg. An corpora gloriosa queant palpari? Nos dist: Porro, An creatio mundi in tempore rationibus philosophicis certò demonstrari possit? Nos N. Calv. A. An mundus sit conditus ex nihilo? Nos A. Calv: N. An mundus ex informi materia, quam chaos vocant, productus sit? Nos A. d. Calv. N. An Deus sit mundi locus? Nos N. Calv. A. An mundus sit interiturus quoad substantiam? Nos A. Calv. N. Præterea: An detur cœlum Empyreum? Nos N. Calv. cum Pont: A. An supra cœlum sydereum, magna aquarum copia sit reposita? Nos A. Calv. N. An cœlum beatorum sit creatum proprie? Nos N. Calv. A.

Et ite-

Et iterum: An homo ab initio fuit creatus sanctus & Justus à Deo? Nos A. Calv. dub. An fuit ab initio creatus mortalis? Nos N. Calv. A. An lucta rationis & appetitus ex ipsâ hominis naturâ promanet? Nos N. Calv. A. An anima rationalis creetur & infundatur, an vero propagetur per traducem? Prius Nos N. post. A. cum Pontificijs verò Calviniani vice versa. An anima hominis in toto corpore tota, & in singulis quoq; partibus corporis sit tota? Nos A. Calv. N. An anima sit in corpore tanquam in loco? Nos N. C. A. An duplex sit in uno homine vita? Nos Neg. C. A. An memoria tantùm sit absentium? Nos Neg. C. A. An placentulæ orbiculares, quibus in administratione Cœnæ utimur, sint verus panis? Nos A. Calv. N. An verba habeant vim practicam? Nos N. Pont. | A. in Transsubst. &c. Cum inquam hæc quærantur inter nos & adversarios, non potest Theologiæ studiosus, qui veritatem in his, alijsve similibus, indagare vel defendere satagit, intelligentiâ rerum physicarum omnimodâ, sine veritatis dispendio carere.

III. *MATHESIS*, disciplinarum Philolophicarum amplissima, quot & quantos rebus Theologicis rîgè perpendendis & tractandis, controversijs Chronologicis decidendis & finiendis, signis variorum eventuum solidè dijucandis ac observandis afferat, ut reliquas prætervehar commoditates, latissimè esset ostendendum, nisi statuta brevitatis ad metam properare juberet; sed quamvis & hic habere locum, illud antiquum possit, quod præstet, de re prolixâ & magni momenti tacere, quam pauca dicere; ne tamen nihil omninò de quæstionibus Mathematico-theologicis dixisse videar, duas

saltem connotabo : E. G. I. Quæsitum fuit olim, imò acriter disputatum, inter Asiaticos & Europæos Christianos, *quoto die Pascha celebrarent?* Philippus enim & Johannes in Asiâ, More Judæorum, quotocunq; diei, qui esset XIV. lunæ ab æquinoctio verno primæ; Reliqui autem Apostoli in Europâ, diei Dominico proximè insequenti, libertate usi Christianâ, solennia Paschatis alligarunt. Et tandem eò exarsit Victor Episcopus Romanus, quia necessariam esse uniformem paschatos celebrationem censuit, ut pro hæreticis & excommunicandis habendos putaret, qui dissentirent: fuit tamen deum controversia illa sopita in concilio Niceno in Bithynia, à constantino M. Imp: convocato circa A. Christi 325. de quâ re ita scribit Constantinus in Epist: ad Ecclesias, apud Socr: L. 1. c. 6. & Theod. L. 1. c. 10. *Ut autem summam, inquit, & breviter dicam, communiter omnium placuit iudicio sanctissimum Paschatos Festum, uno & eodem celebrandum esse die. Indecorum est enim aliquam esse, in tanta sanctitate differentiam, & honestius eidem adherere sententia.* Hæc Ille. Dies vero celebrando Paschati dicta fuit Dominica proximè sequens plenilunium Primi Mensis. II. Quærunto nostratibus Theologis Pontificij, *Anne Calendarium Gregorianum, quod æquinoctium à patribus Nicenis in 21 diem Martij rejectum, in suam sedem esse reducendum, per successivam 11 dierum retractionem, docet, sit emendatius Juliano?* Respondent nostrates, concedendo graves emendationis causas habuisse Gregorium 13. Pontificem R. idq; ex demonstrationibus Mathematicis affirmant. Verum tum illi quærunto: quare E. nos Calendarium Gregorianum non amplectamur. R. Ex causis Theolo-

Theologicis. Si α Papa novâ correctione sibi Auctoritatem in nostras Ecclesias non vendicâisset. β . Primatum apud nos amissum, insidijs his non repetiisset. γ . Omnibus Christianis suum Calendarium sub pœnâ excommunicationis non voluisset obtrudere. δ A nobis is esse non crederetur, qui temporum & Legum mutatione sibi juxta vaticinium Apostoli nimium arrogaret ϵ . Deniq; insigni dolo nostras Ecclesias non circumvenisset, ut aut majestatem Papæ, quam fingit, vel hâc in parte agnoscerent, aut Imperatori de inobedientiâ fierent suspecti; Augustus Elector, & reliquæ Lutheranorum Ecclesiæ, in emendationem dudum consensissent. Hæ inquam & similes controversiæ, sine cognitione rerum Mathematicarum probe decidi nequeunt.

Proinde commendat certitudinem Astronomicam ipse Augustinus l. 2. de doct: Christ: c. 29. *Habet ait, præter demonstrationem presentium etiam præteritorum narrationi simile aliquid, quod à presenti positione, motuq; siderum, & in præterita eorum vestigia regulariter licet recurrere: habet etiam futurorum regulares conjecturas, non suspiciosas & omninosas, sed ratas & certas; non ut ex eis aliquid trahere in nostra fata & eventa tentemus, qualia Genesihliacorum deliramenta sunt, sed quantum ad ipsa pertinet sydera.*

II. PHILOSOPHIA PRACTICA, quam sit Ecclesiæ Dei utilis & necessaria, ex his quæstionibus controversis constare potest.

I. ETHICIS: An Philosophia Practica sit subordinata Theologiæ? Nos N. Keck. A. An homo habet libertatem in moralibus? Nos A. Calv. N. An B. Luth: dissertationi suæ Erasmo oppositæ, rectè fe-

cerit, titulum de Servo arbitrio in spiritualibus? Nos
 A. Neg: Bellarm. An credibile sit voluntatem hu-
 manam, à S. Sancto cogi ad fatendum verum, quod
 novit esse falsum? Nos N. Pont. A. An homo na-
 turâ feratur in bonum? Nos A. de statu Primævo, N.
 de corrupto. Pont: N. de statu Prim. Calv. A. de sta-
 tu corr. An accuratum Theologiæ genus peti possit
 è 5 habitibus, ab Arist. L. 6. Eth. c. 3. recensitis? Nos
 N. Pont. & Calv. A. An Theol: finis ultimus sit
 Practicus vel Theor: vel mixtus? Nos A. Illud, Adv. A.
 istud & hoc. An una virtus possit esse in duobus sub-
 jectis? Nos A. Pont. N. de Fide. An inter velle &
 nolle detur medium? Nos A. Calv. N. de causa pecc.
 An virtutum moralium forma potius sit *ὁρθότης* quam
μεσότης? Nos A. Adv. N. An poenitentia sit virtus
 moralis? Nos N. Pont: A. An virtutes Ethicæ à Theo-
 logicis differant toto genere, vel solo gradu, vel spe-
 cie? Nos A. hoc, Calv. A. istud, Adv. alij Illud. An lex
 naturæ sit habitus? Nos A. Socin. & Calv. N. Num
 bona intentio, quodvis opus reddat bonum? Nos N.
 Pont. & Calv. A. An opera & virtutes infidelium sint
 peccata? Nos A. d. Pont. N. An plus sit facere bo-
 num morale, quam servare præceptum? Nos N. Bel-
 farm. A. L. 5, de gratia. & lib. Arb. c. 9. An pec-
 catum denotet solum operationem malam? Nos N.
 Bell. A. L. 1. de amiss: gr. c. 1. An omne vitium sit
 voluntarium? Nos N. Pont. A. An vitia personalia
 quandoq; propagentur in posteros? Nos A. Pont: N.
 An semel per diem comedere & abstinere à carnibus,
 sit vera temperantia? Nos N. Pont: A. An liceat al-
 iud prodere verbis, aliud mente reconditum habere,

seu æquivoco juramento judicem fallere? Nos N. Pont: A. cum Ario simpliciter. An fides hæreticis data sit servanda? Nos A. Pont. N. An liceat uti verbis vel factis contrariam religionem significantibus? Nos N. Pont. A. An omne mendacium sit prohibitum & peccatum? Nos A. Calv. N. An vitiosæ *πρόσωποληψίας* Deum insimulent Calvininni, de Abl. decreto? Nos A. Illi N. Num usuræ sint licitæ? Nos Dist. Pont. discrepant. An omnis ablatio rei alienæ invito Domino, sit furtum & peccatum? Nos A. Pont: N. dist. An merces Meretrici danda? Nos N. Pont: A. An vera amicitia & Mystica fraternitas coli possit, inter orthodoxum & hæreticum, seu ut pressius dicam, Lutheranum & Pontificium vel Calvinianum hominem? Nos N. Syncretistæ A. An fides sit virtus? Nos dist: Pont: simpl. A. An fides perficiatur per charitatem tanquam formam? Nos N. Pont: A. An fides salvifica semper sit conjuncta cum notitiâ? Nos A. Bellarm: N. L. 1. de just: c. 4. Num fides justificans sit aliquid opus legis? Nos N. Pont. A. An spes excludat certam notitiam? Nos N. Bellarm: A. L. 3. de just: c. 11. Num charitas meritum Christi apprehendat? Nos N. Bellarm: A. L. 1. de just: c. 16. An homo naturali inclinatione magis propendat ad diligendum Deum, quam se ipsum? Nos N. d. Pontif: A. simpl. An diligere amicum sit perfectius quam diligere inimicum? Nos N. Pont. A.

II. POLITICIS QUÆSTIONIBUS:

E. G. An quia Regimen Monarchicum in Rep. censetur esse à Politicis optimum, ideo administratio Ecclesiæ uni Pontifici R. tutissimè erit commendanda?

Nos N. Pont. A. An una eademq; persona duplici regimini Eccles: & Politico possit præesse? Nos N. Bell: A. de Pont. R. L. 5. c. 9. An ad demonstrandum formam Regiminis Papæ R. discrepare à forma regiminis Ecclesiæ à Christo & Apostolis institutâ & usurpatâ, teneamur hujus mutationis Authorem primum, locum & tempus, scire & enumerare? Nos N. ex Math: 13. 24. 25. Pont. A. An ad Principem secularem cura etiam religionis & Ecclesiæ pertineat? Nos A. Pont. N. Num Potestas civilis subjecta sit potestati Ecclesiasticæ? Nos Dist: Pont. præcisè A. An Magistratus suos subditos cogere possit & debeat, ad suscipiendam aliam religionem? Nos N. Pont. A. An ne tamen hæretici sint interficiendi? Nos Dist. pont: unà cum Calv. A. simpliciter. An judæi in Christiana Rep. tolerandi? Nos N. Dist: Pont: & Calv. A. An Magistratus duas pluresve religiones, in Rep. tolerare possit vel debeat? Nos Dist: Pont. N. Num libri hæreticorum sint comburendi? Nos N. pont. A. An liceat Christianis principibus vi & armis invadere infideles aut barbaras gentes, sive ulla alia causa? Nos N. pont. A. Num pontifex R. sit Tyrannus? Nos A. Pont. N. An clerici à jugo secularis potestatis sint exempti? Nos N. pont: A. Num Magistratui hæretico, subditus orthodoxus teneatur obedire? Nos A. d. Pont. N. Num subditi Tyrannum deponere, aut vi vel Fraude interficere possint, aut debeant? Nos N. dist: Pont. A. An omnis lex sit iniqua, quæ nequit servari? Nos N. pont: A. Num lex possit obligare eos, quibus non est promulgata? Nos A. Pont: N. An Nulla lex obliget, nisi prius fuerit cognita? Nos N.

Belag. & Pont: A. An satius sit legibus non scriptis gubernari Remp. quam scriptis? Nos N: pont: A. Num lex scripta rectè nominetur vox iudicis Nos A. Pont. N. de S. S.â. An lex divina nos obliget ad plenam impletionem? Nos A. Pont. N. Num circa legem naturæ propriè queat dispensari? Nos N. Pont. Scholast. A. An ll. humanæ obligent in conscientia? Calv. N. pont. A. Nos dist. An leges ferri debeant de abrogandis dispp. religionem concernentibus? Nos N. Pont. A. Num omnem iudicem oporteat esse visibilem & partes nominatim compellantem? Nos N. pont. A. Et an ejus sit omnes finire controversias, ut partes sciant se vel vicisse, vel causam amisisse? Nos N. Gretzerus Pont. A. An iudex debeat judicare secundum acta & probata, an vero secundum conscientiam? Prius Nos N. post. A. Pont: è contrâ. An iudex simul iudex & pars esse possit? Nos N. pont: A. de pont: R. An quis per debitum opus possit mereri Mercedem? Nos N. pont. A. An à gratuita promissione præmij, ad meritum Valeat consequi? Nos N. pont. A. An remissâ culpâ, tollatur omnis pœna propriè dicta? Nos A. pont. N. ut Bell: de purgat; c. II. An pœna sensus, à pœna damni queat realiter separari? Nos N. pontif: A. Bellarm. L. 6. de pecc. c. 5: 6.

III. OECONOMICIS quæstionibus: E. G. An πολυγαμία patrum in V. T. fuerit peccatum intrinsicè? Nos Dist. Calv. A. simpl. An Jacob Patriarcha ducendo duas sorores peccaverit? B. Luth, com: c. 29. Gen. N. Calv. A. An infantes omnium paternorum

bonorum hæredes nascantur? Nos N. Theod. Beza A. de sanctitate inf. Nec non, Calvinus ipse in iust. L. 4. c. 16. *infans, ait, hereditario jure, jam à matris utero in fœdere continetur.* Has omnes & superiores priorum disciplinarum quæstiones, suis argumentis, novis instantijs, Responsonibus & exemplis, decreveram quidem circa principium hujus tractatus illustrare, sed properanti ad metam sufficet solus jndex.

V. *HISTORICA* tandem prærequisita sunt, quæ ex historia cumprimis Ecclesiasticâ, à studioso ad intimiora Theologiæ contendenti, degustanda erunt. Distingvendum hic est inter *Historicam* & *Historiam*, Illa tradit præcepta ad conficiendam historiam; Hæc verò res gestas Methodicè enarrat. E, g. Historia Ecclesiastica, præter alia, quæ incidunt innumera, docet quam mirabili Dei omnipotentis curâ & patrocinio, Ecclesia vera, indè ab origine mundi sit constituta, conservata & propagata; nec non quam impenetrabili Dei judicio justoque zelo, Ecclesia heterodoxa Malignantium, qui idololatriâ, hæresibus & piorum persecutionibus atquè Martyrijs, coelesti providentiæ sunt obluctati, sit semper repressa & masculè profligata, Errores damnati & schismata sopita, tam in Oecumenicis concilijs, quam provincialibus synodis; ut pius lector, præsertim theologiarum rerum amator, Dei sapientiam inde admiretur, bonitatem celebret, summamq; potentiam veneretur, cui sit in perpetuum, laus, honor & gratiarum actio!

Tantum de Exercitatione Octavâ.

Exerci

D E

SOBRIO PHILOSOPHIÆ IN THEO-
LOGIA USU, CUM RATIONE OBJECTI;
TUM QUOAD COGNITIONIS MODUM:
NEC NON DE EJUSDEM ABU-
SU, BREVITER.

Propositio I.

ATq; sic tandem Dei O. M. ope ostendi, 'quàm' sit
Philosophia Theologiæ studioso proficua respectu
Subjècti cognoscentis, quod præparat; nunc, Deo duce,
edisseram breviter, quo pacto est necessaria, cum ratio-
ne *Objècti* cognoscendi; quod illustrat; tum in ordine
ad cognitionis *modum* quem adminiculatur. Respice Ex-
erc. IV. prop. 1. pag. 43.

II. 1. Objectum cognoscendum sunt *Res ipsæ & ma-*
teriæ theologicæ. Circa has autem dupliciter versamur;
vel Theoreticè, vel Practicè; ad Theoriam spectat Δι-
δασκαλία η̄ ἐλεγχῶ; ad Praxin verò ἐπανόρθω-
σις η̄ παιδεία, juxta id, 2. Tim. 3: 16. Vel enim *res*
factas primùm apprehendimus ipsi, alijsve apprehen-
dendas proponimus; vel contra Adversariorum stro-
phas & sophismata defendimus: Vel mores impiorum
castigamus; vel deniq; pios & modestos sanâ institutio-
ne & consilio erigimus & sustentamus, juxta illud al-
terum Pauli 2. Tim. 4: 2. *Insta, tempestivè, intempestivè,*
argue, increpa, exhortare, cum omni lenitate & doctrinâ.
Unde & 4. numerantur perfecti Theologi requisita, ni-
mirum, ut sit διδασκτικὸς η̄ ἐγγετικὸς, qui docere;

R r

ἐλεγχῶ

ελεγχτικὸς, qui refellere ac disputare; ἐπανορθωτικὸς, qui redarguere peccatum, & παιδαγωγικὸς, qui admonere potest per sanam doctrinam. Ad singula conducit philosophia haud leviter.

III. α. Διδασκαλία occupatur vel in terminis simplicibus, vel in quaestionibus & conclusionibus integris. Terminii simplices h. l. sunt vel *Biblici*, vel *Ecclesiastici*, h. e. vel extant in verbo Dei αὐτολεξεί, vel sunt à patribus juxta scripturarum διάνοιαν usurpati. Illi sunt, vel *Biblici tantum*, ut *Iehova*, *Spiritus S. Messias*, *Christus*, *Mediator*, *Redemptio*, *Electio* &c. Quorum formalis explicatio & intelligentia, non ex scriptis philosophicis, sed solo Dei verbo petenda est. Vel *una philosophici*, ad quorum genuinam interpretationem ac sensum indagandum philosophia plurimum confert; quippè quæ proprias voces satis accuratè novit explicare. *Exempla Theoreticorum* vocabulorum passim prostant: Gen. 1: v. ult. fit mentio *Boni*; Exod. 3: 14, *Entis* & *existentia*; Deut. 6: 4, *Unitatis*; Joh. 8: 44, *veritatis* &c. quorum accuratam notitiam qui ambit, eum *Metaphysicam* consulere necesse est. Sic in cantico trium virorum in fornace babil. & alibi, fit mentio firmamenti, coelorum, aquarum supra-coelestium, astrorum, ventorum, maris, pluviae, ignis, glaciei, grandinis, roris, pruinae, tonitruum, balnearum, avium, bestiarum &c. Quis autem de his accuratè ratiocinabitur, nisi in scholis *Physicis* enutritus. Quis itinera patriarcharum & populi Israelitici, descriptionem terræ sanctæ, situm urbium, montium, fluminum, solitudinum ritè monstrabit? quis, quid sit *Orion* edisseret, ac pleiades Job. 38: 31, nisi qui *Mathematicen* didicit? *Exempla* vocab. practicum hinc inde in verbo Dei

compa-

comparent: Quoties fit sermo in Sacrà Scripturâ, de virtutibus; justitiâ, Temperantiâ, Liberalitate, Mansuetudine, alijsq; vocibus *Ethicis*? De rebus *Oeconomicis* item quoties? conjugio, marito, uxore, liberis, servis? pariter de *Politicis*: Regno, Rege, Magistratu, subditis, ll. bello, pace, præmijs, supplicijs? &c. Quæ omnia in philosophiâ practicâ ἀκρίβως intelliguntur & exponuntur.

IV. *Ecclesiastici* termini per plurimi sunt philosophici, E.g. *Metaphysici* sunt, Persona, Essentia, Subsistentia, Materiale, Formale, signum, signatum, abstractum, concretum, unio, communicatio, personalitas &c. *Physici* sunt, Locus & Localitas, penetratio corporum, facultas animæ &c. *Practici* sunt, libertas, arbitrium, Monarchia, Aristocratia &c. Taliter in *διδακάλια*, quoad terminos simplices, juvatur theologus.

V. Conclusiones & quæstiones integræ, sunt vel merè Theologicæ, & in Theologiâ natæ; vel non sunt per se & intrinsecè Theologicæ; ad hanc tamen doctrinam applicatæ, simul ad eandem multum cognitionis afferunt: Sic peccati originalis propagationem quoad animam, nemo defendere ritè potest, nisi de origine animæ per Traducem ipsi è physicis constet. Et hujus generis sunt singulæ illæ quæstiones, quæ Exerc. 8. recensentur prolixè. Quæstiones tantùm theologicis terminis constantes, soli sibi probandas & explicandas servat Theologia, quamvis juxta B. Meisnerum, quoad modum tractationis, quoad illustrationem à similibus, & quoad rationes secundarias, etiam in istis suis sit philosophiæ usus.

VI. Mixtæ quæstiones, quæ partim è theologicis, partim Philosophicis compositæ sunt vocibus, confide-

rantur 1. Ratione *sensus*, ad quem percipiendum conducit etiam ipsa philosophia, quippè ad intelligendum terminos domesticos obligatur sola ea disciplina in qua sunt domi. 2. Ratione *probationis*, adeoq; sic ἡ γὰρ μένως & primario earum veritas è scripturis erit probanda, sed non nisi ἐπομένως & consequenter è philosophiâ quodam judicari modo potest. quid de similibus statuendum est problematibus. Quod accuratè laudatus Meisnerus adversus Keckermannum & Calvini socios reliquos observavit: sic enim normam decidendi tales quæstiones mixtas, etiam mixtam & geminam esse, Philosophicam nempe & theologicam, pari pietate sentiunt nostrates; ita ut argumenta confirmantia utriusq; eodem jure, eademque autoritate adduci posse putent.

VII. Quàm verò erronea sit ea sententia adversariorum, vel unico potest demonstrari exemplo: Quæritur, *An humana natura Christi sit omnipresens?* Ubi, quid homo, quid natura sit, quid præsentem, quid esse in loco, philosophia quidem quodammodo exponit, h. e. de extremorum naturâ seorsim; quoad terminos proprios sollicita esse potest; de extremorum verò coherentiâ, an scilicet *presens dominium in pluribus locis, verè attribuitur corpori Christi?* sola Theologia, quæ utriusq; termini habet notitiam, imò causam connexionis subjecti & prædicati sola novit, infallibilitèr, ut ajunt judicare potest. Quia verò SS:ia expressè Quæstionem affirmet, ratio obmurmurans verbo Dei, compescenda est, & Hagar impatiens imperatrici Saræ subijcienda.

VIII. β. ἄεγγω seu expedita adversariorum refutatio, non minori philosophiæ subsidio opus habet, cum respectu præparationis & modi refutandi, ut supra

innuebam; tum quoad refutationem ipsam, ut è quæstionibus supra allatis liquere potuit. Quemadmodum enim Pontificij, & Sociniani, alijq; his similes, suâ abutuntur Ratione, ad invertendum, detorquendum, mutilandum & confundendum, adeoq; totalitèr corrupendum SS.æ textum originalem, ejusq; genuinum sensum; Calviniani verò, Arminiani, alijq; abutuntur suo intellectu & cœcâ mente, ad præjudicandum veritati cœlesti, quibus nil antiquius est, quam summos articulos fidei metiri juxta naturam finiti, conditiones proprii, qualitates corporum naturalium &c. Ita intellectum sobriâ rerum philosophicarum cognitione instructum, ad ineundum cum iisdem in Theologiâ certamen, afferre, haud è re, aut inconsultum arbitror. Hinc *Iulianus* Apostata, quantum foret philosophiæ usus in profligandis Hæresion & falsorum dogmatum assertoribus, probè meditatus, jussit Christianorum Scholas claudi, cum hâc mandati clausulâ: *Proprijs vulneramur pennis: ex nostris armati conscriptionibus contra nos bella movent*, teste Ruff. L. 1. c. 32.

IX. Postquam verò *Iulianus* Scholas prohibuisset, ne philosophiam Gentilium addiscerent, eosq; inde jugularent Christiani, successor ejus *Jovinianus*, lectionem gentilium lege sancivit; ideoq; disserit *Socrates* L. 11. *Hist. Eccl. c. 14.* Libros Ethnicorum legi posse, varijs adductus rationibus, ubi inter alia: *Adde abhuc*, ait, *quod tùm Christus, tum ejus Apostolus præcipit, ut exquisiti numularij simus, quo omnia exploremus, quod autem bonum sit retineamus, attendamusq;, ne quis nos per philosophiam & inanem Fallaciam decipiat, istud autem nobis neutiquam contingit, nisi hostium arma possideamus, niq; possidendo, non eodem modo, quo hostes simus affecti; sed rejiciamus quod malum est, quod*

autem bonum, verumque, teneamus, nihil admittamus, quod non sit exploratum. Nam honestum quocumque fuerit loco, est veritatis proprium. Quanquam autem hæc ita sese habeant, sobriè tamen consulente Magno Calovio, Tom. II. Theol. pag. 64: prudentè & parcè adhibenda gentilium scripta sunt, quemadmodum in toto codice biblico, non nisi tria dicta Ethnicorum citata sunt, nec vel æquanda, multo minùs præferenda verbo Dei; vel, aut pro verbo Dei venditanda, aut cum eo confundenda sunt. De triplici illa sententiarum gentilium citatione ita loquitur B. Hieronimus Tom. II. operum pag. 326: *Sed et Paulus Apostolus Epimenidis poetæ abusus versiculo est, scribens ad Titum: c. I: 12: Κρητὸς αἰὲς ψεύσαι, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί, qui versus integer hexameter est) in alia quoque Epistola Menandri posuit senarium (1. Cor. 15: 33. Φθέρουσιν ἡθρῆ, χροῖα δὲ ὀμιλῖαι κακὰι) Et apud Athenienses in Martis curiâ disputans, Aratum testem vocat Act. 17: 28. Ipsius et genus sumus. Duo dactyli cum spondeo in fine versus hexametri &c.*

X. Dices: Scriptura S. est principium unicum, & medium primum ac princeps dijudicandi controversias Theologicas, ad quod ergò tantoperè philosophia conducit? R. verbis B. Meisn. part. I. Phil S. p. 30: *Est philosophia instar palladij, quo amisso, Trojani Milites, Græcorum exercitus non tam feliciter abigere et in fugam vertere potuerunt. Ita quamvis veritas doctrinæ orthodoxæ sufficienter ex solâ et unicâ scripturâ probari possit; attamen quia tela adversariorum, non ex scripto Dei, sed ficto rationis depromuntur armamentario, hinc fit, ut ea non tam facile et dextre propellere queamus, si philosophia ignari exiterimus. Idem paulò post provehendæ suæ intentioni addit gravissimi-*

mum

num Schegkij dictum, quod L. 1. demonst. extat. hoc scilicet: *Ego quidem sic judico, tum demum fore quietas & beatas Ecclesias, si aut philosophi verè dent operam Theologia, aut Theologi philosophentur piè.*

XI. γ. ἐπαγορευτικόν & castigatorium munus in ecclesiâ obeundum dirigit prudentia politica: Est enim prudentis cum *Disputatoris*, siue scribat is aliquid adversus adversarios, siue loquatur; tum *Concionatoris*, ita calamum regere & linguam, ne magis destruat quam ædificet: non enim omnes antagonistæ vel Auditores sunt ejusdem conditionis aut ingenij: quidam enim eorum morbi sanabiles, quidam incurabiles sunt, ideoq; nunc exasperatoriâ, nunc emollitoriâ medicinâ opus est: Nunc hæreticis & deploratis interminanda gehenna, nunc seductis & simplicioribus annuncianda poenitentia, & pollicitandæ ac infumendæ preces, Hac libertate usus est Salvator noster, severè arguendo Pharisæos, Math. 23. Et fraternè corrigendo discipulos, passim. Paulus similiter usus utraq; ἐπεικεία καὶ παρορησία 2. Cor. 10: 1. & 2. &c.

XII. Δ. παιδεία seu institutio, quæ planè rudes respicit, siue scripto fiat, siue ore, omninò eget bonâ methodo: quam tradit Logica, qui enim benè distingvit benè docet. Et quia etiam πράξις involvit, ut differat à διδασκαλίᾳ, adhortationes, nempè consilia & admonitiones, artificium quoq; Rhetoricum requirit; exemplis virtutum moralium imitandarum, vitiorum fugiendorum, negotiorum in Rep. benè vel malè gestorum, œconomicorum, aliorumq; , ex historijs hinc inde suppeditatis, nunquam non promovetur ac proficitur.

XIII. II. Modus cognoscendi res Theologicas è disciplinarum philosophicarum cognitione multùm levatur ac juvatur, adeò ut ea respectu etiam ipsius perceptionis locorum Theologorum oppidò profit, quamdiu sobria & intra cancellos humilimæ subjectionis fuerit custodita. Etenim quamvis humana mens per naturam debilem admodùm habeat potentiam ad cognoscendum sublimes disciplinas, adeò, ut nisi excitetur & acuatur, difficulter & ægrè ad rerum eminentium notitiam penetrare possit. Acuitur tamen omnium commodissimè ratio humana exercitationibus philosophicis, ut post modum verum distinctius precipere, falsum accuratius deprehendere, & strophas fallaciasq; pravorum hæreticorum acutiùs refellere queat.

XIV. Dicis: philosophiam rectè informatam conducere percipiendis divinis mysterijs, annon etiam sic porta *Pelagianismo* & *Majorismo* panditur, & viribus humanis in negotio consequendæ salutis nimium tribuitur? R. I. cum B. Meisu. Distingvendo inter *cognitionem*, & *fiduciam cum assensu Articulis fidei* præbitam Hanc quod attinet, novimus eam ex viribus liberi arbitrij nequaquam provenire aut pendere; foretq; profectò *pelagianum* dicere Philosophiam ad fidem præparare vel disponere. Sequeretur quoq; Idiotas & literarum philosophicarum igneros, fidem habere non posse, quia careant præviâ dispositione: quod utrumq; absit! Nihil quicquam ergò Philosophia facit ad generationem fidei salvificæ, sed soli Spiritui S. per verbum operanti ea adferbitur. Illam verò h. e. Notitiam articulorum fidei intelligo, dico separatim etiam absq; fidei assensu posse existere, juxta id: *Jac. 2: 19 Diaboli credunt & contremiscunt.*

2. Puras quæstiones sibi soli probandas & explicandas reservat Theologia, quamvis quoad modum tractationis, illustrationem per similia, & rationes secundarias, etiam in istis, suus esse possit philosophiæ usus.

XV. Deinde ἐξήγησις theologica, non modò quoad modum interpretandi, qui ope instrumentalium artium perficitur; Sed quoad etiam res ipsas applicandas insignitèr juvatur à philosophiâ: Quomodo enim aliàs intelliges historiam istam Gen. 30, quod propter aspectum baculorum discoloratorum, quos in canalibus bibituris ovibus unâ imprægnandis objecerat Jacob, omnes Labani oves maculosos & discoloros foetus enixæ sint, nisi de naturâ & vi imaginationis ex disciplinâ naturali tibi constiterit? Verbo: Reddit Philosophia ingenium humanum in *percipiendo* expeditum, in *confirmando* accuratum; in *defendendo* ac *refutando* acutum.

II. DE ABUSU.

XVI. Abutuntur nobili & permagno hoc Dei dono, qui vel nimium Philosophiæ tribuunt, supra modum eam extollentes; vel nihili eam faciunt, detrahentes ei quod suum erat, & traducentes eandem tanquam Deo & honestati inimicam. 1. *In excessu* peccant, non solum *Scholastici*, de quibus Exerc. 1. dictum fuit; sed & *Calvimani*, cœteriç; genuinæ veritatis hostes. Et quamvis varijs philosophia abusibus sit obnoxia, duo tamen primarij ejusdem abusus eminent, prior in *θεοσοφίαν*, posterior verò in *θεοσεβείαν* peccat, uterq; in Religionem verè Christianam.

XVII. 1. *θεοσοφία* rectum de Deo sensum & accuratam articulorum fidei notitiam complectitur a. Cir-

ca sensum & notitiam Dei gravissimè errant, quicundq; notitiam Dei naturalem & philosophiam, vel ad initia fidei, vel ad fidem salvificam & salutem consequendum æternam sufficere statuunt. Quales sunt 1. Qui apud Tertullianum & Epiphanium, observante B. Chemnitio in L. C. dixere, homines in primo millenario salvatos fuisse per legem naturæ, in secundo per legem Mosis, nunc verò in tertio per doctrinam Evangelij. Et solent plures allegari patres in hanc sententiam, quod gentiles per cognitionem Dei naturalem ad salutem adspirare potuerint. Verùm Dn. D. Hulseman, ad prolixam dissert. Vossij L. 7. Hist. pelag. quâ nititur docere, patres ferè contentos esse dicere, etiam gentes habere aliquam revelationis vocationisq; divinæ mensuram, respondet, ventilatis plerisq; patrum dictis, Disp. 2. de Auxil. gratiæ th. 16, negando illa liquido asserere gratiam quandam supernaturalem, & ad æternam salutem quæ *παιδαγωγία*, ante & citra verbi famam, vel prædicationem, omnibus hominibus ratione utentibus communem; & fatetur, quædam loqui de *intentione Dei*: quædam de *aliquali gratiâ doctis & eruditis gentilibus tributâ*: quædam de *Famâ Evangelij ad plerosq; perlata*; quædam asserere *actualem illam universalem Dei gratiæ adhibitionem*, quando à prædicatione verbi initium fit, singula tamen non excusat. Dn. D. Calov. cum alijs. observat de patribus antiquis, vel 1. Quòd per legem Mosis non præcisè decalogum, sed omnia Mosis scripta, quandoq; intelligant, in quibus etiam est promissus Messias. Vel 2. Quòd loquantur non de *Medio salutis*, sed de *tempore*, cum meminerunt *Legis & Evangelij*, quod scilicet omnitempore V. & N. T. aliqui salvati sint. Vel 3. Quod

suppo-

supponant communem Propheticam & Apostolicam cognitionem per *famam* ad gentes penetrasse. Vel. 4. Quod de vitâ solum externâ honestè institutâ agant. Vel 5. Quod rem oratorio modo amplificent liberius, què loquantur, rectius sese, ubi disputatores agunt, explicantes. Ideoq; 6. Scopum sedulò esse intuendum, qui directus est, vel contra gentium *πολυθείαν*, etiam à sanioribus Ethnicis improbatam, vel ad docendam universalem vocationem & gratiam, vel ad exponendum cognitionis naturalis finem, qui est manuductio ad Ecclesiam. 7. Cogitandum etiam, non dum ortis certaminibus securius fuisse locutos patres, quemadmodum notat contra *Pelagianos* ipse Augustin. L. 1. contra Julianam c. 11.

XVIII. ii. *Pelagiani*, statuentes ante legem homines salvos factos esse per naturam, deinde per legem, postremò per Christum teste Aug. l. 1. contra duas Ep. Pelag. c. 1. & lib. de pecc. orig. contra pelag. & coelest. c. 26.

XIX. iii. *Pucciani*, contendentes omnes homines, antequam in adultâ ætate per naturalem malitiam degenerent, vi meriti Christi per naturalem Dei notitiam, esse in statu salutis, etsi nominatim Christum ignorent.

XX. iv. *Scholastici* & Pontificij nonnulli, docentes non verisimile videri, Aristotelem demosthenem, Ciceronem, Galenum &c. Sempiternis supplicijs addici, ut ex Ben. Justin. in Rom. 1: 20 refert Calov. T. 1. Syst. Th. p. 180. Quibus succenturiantur *Reformati*: *Zwinglius* enim in exp. Fidei ad Regem Gall. *Numam*, *Aristidem*, *Socratem* inter coelites numerat. Quos impiè defendere conantur *Arminiani*, & perperam excusare nonnulli alij.

Quos Rationis humanæ scepticismos, Libertinismos, & Atheismos prolixè & piè profligavit Dn. D. Hulsemann. in Tract. de Auxil. gratiæ: nec non Dn. D. Calovius in Tract. de cognit. Dei Nat.

XXI. β . Circa notitiam quoq; cæterorum fidei articulorum ingens philosophiæ abusus occurrit, 1. Dum per eandem lux Spiritus S. accendi & Fides salvifica confirmari dicitur, quod contra Keckermannum, istius abominationis tubam, probè notavit B. Meisn. in proem. Phil. Sob. nec non Dn. D. Calv. T. II. Syst. p. 49: Aliud enim est per Philosophiam juvari & acui cognitionem nostram, quam solum habemus è Verbo Dei, circa controversias theologicas; Aliud verò per philosophiam accendi in mentibus hominum lucem Sp. Sancti. Prius concedunt nostri; post. mentitur Keckerm. in Syst. Th. L. I. c. 4. nec non in præcogn. Phil. L. I. c. 4. per quod enim medium fides excitatur, per idem confirmatur. At non per rationem, sed per verbum excitatur Rom:10:17. E.

XXII. Sed & quia diversæ sint Philosophorum apprehensiones perpetuò dissentientes, dubia potius quam firma redderetur fides nostra, si rationibus Philosophicis esset standum. Positò verò fidem historicam, quæ etiam in non Renatos, imò & Diabolo cadit, quandoquæ stabiliri posse per rationes philosophicæ, de fiduciali tamen assensu, id minimè verum esse potest. *Non creditur*, ait Ambros. L. I. de Fide ad Gratianum, *philosophis, creditur piscatoribus; non creditur Dialecticis, creditur publicanis.* 2. Dum dominium ei in rebus sacris cuiuscunq; generis adscribitur:

XXIII. B. Lutherus proinde, conferre philosophiam sicut Asinæ: *Asina*, inquit, *non est imponenda Christo, sed.*

sed Christus Asina. Huic monito gemina est sententia *Anselmi* in Epist. ad Urbanum papam. c. 2: *Si quis potest intelligere, Deo gratias agat, si non potest, non immittat cornua ad ventilandum, sed submittat caput ad venerandum.*

XXIV. II. Θεοσέβεια pietatem, præter Religionem veram complectitur, hoc est, præter veram de Deo & fidei articulis notitiam, rectum etiam Dei cultum ac universalem charitatem, quæ Deum & proximum concernit, infert. Hanc totam non sine philosophiâ posse constare, asserit temerariâ impietate *Keckermannus* L. 1. præcog. phil. c. 4: *per Philosophiam, ait, in mentibus nostris exoritur illustris natura & virtutis cognitio, sequitur etiam per eandem in nobis excitari pietatem cultum, honorem & invocationem Dei.* Et paulo post: *Nec enim pietas erga Deum nec quanta huic gratia debeatur sine contemplatione naturæ constare potest.* Ast quantus etiam his philosophiæ in Theologiâ proditur abusus & manifestatur error, novērunt qui docti sunt Gentes, cognovisse Deum esse colendum; ignorasse verò modum. Quomodo enim id cultum Dei & pietatem potest accendere, quod quid sit pietas, quid cultus Dei ignorat: Sola namq; scriptura hoc novit Ps. 147: 20. Taceo quod dilectio impleat legem, quæ si è philosophiâ est, Mediatore non fuit opus, imò ne quidem Revelatione divinâ. Quæ & similia Calvinianæ ἀργέσεως ἢ ἐγὶδ' ὅ, poma, si non manifestissima Atheismi semina in vineam Domini, Ecclesiam, projiciant ac spargant, judicet Ecclesia ipsa, judicabit olim Christus.

XXV. Quomodo verò specialissimè abutantur Calviniani, Pontificij & alij nonnulli heterodoxi rationibus

Philosophicis ad præjudicandum veritati cœlesti in interpretatione infinitorum SS. locorum fusè alij demonstrarunt, & peculiaritèr B. Meisn. in Trib. Part. Phil. sobriæ.

XXVI. Ut autem quis sciat, crassos adversariorum Errores, textus à genuinâ interpretatione detorsiones, ortas è figmento cerebri humani & superbiâ intellectus, notare, & quodammodo cavere, seqq addantur Regulæ:

I. Quæ supra naturam sunt, ex II. naturæ nequaquam sunt judicanda. Scal. Exer. 77. Hoc est, de divinis mysterijs non est ex philosophorum Regulis pronuntiandum.

II. Divina potentia non est decempedâ rationis nostræ metienda. Scal. Hoc est; Dei decreta non sunt stultæ rationis trutinâ ponderanda aut examinanda.

III. Obediendum est Mandatis Dei, quantumvis illa rationi plurimùm adversentur. Hoc est, indignum est ad eam legem redigere opera Dei, ut simul ac eorum ratio non constiterit, improbare audeamus.

IV. Ratio, immensæ Dei sapientiæ submittere sese, non tergiversetur, ut in multis ejus arcanis succumbat. Eorum enim quæ scire nec datur nec fas est, docta est ignorantia, scientiæ appetentia insanix species.

V. De Theologiâ ex principijs Theologiæ disputetur; Aliàs *μετάβασις εἰς ἄλλο γένος*, committitur.

VI. Magnum est periculum, res fidei humanis committere rationibus. Chryf. hom. 21. in Gen.

VII. Demus, Deum aliquid agere posse, quod fateamur nos non posse investigare: intellectui n. fides aditum aperit, sed infidelitas claudit. August. Epist. 3.

VIII. Sic simus discipuli naturæ, ut credamus Prophetiæ. Tertull.

IX. Omne quicquid à Rationibus suis devium videtur, sapientes hujus seculi ad dementiam referunt, & à veritate reputant alienum. Cyprianus.

X. Mysteria fidei, Rationi humanæ stultitia sunt. 1. Cor. 2: 14. 15. 16.

Ideoq.

XI. Ratio humana erit captivanda, ut fidei obediatur. 2. Cor. 10: 4. 5. Super quem locum sic commentatur D. Nic. Selneccerus: *Captivum ducere intellectum in obsequium Christi, est subycere rationem & judicium, naturam, sapientiam humanam, philosophiam, carnem, sanguinem & totum hominem cum omni scientiâ, Verbo Christi, & rebus ad Christi regnum pertinentibus. Sicut captivi onera sustinent, & sine tergiversatione faciunt operas sibi injunctas: ita vera fides, sine omni dubitatione & controversiâ amplectitur doctrinam Evangelij & sacramentorum, quantumvis cum ratione & omni Philosophiâ è diametro pugnanæ, impossibilis & absurda esse videatur: hic enim valeat illud:*

illud: *αὐτὸς ἔφα* Sic dicit Dominus. Et post pau-
 ca: *Felix ἔ* iterum *felix*, cui gloria Christi est cordi,
 ἔ qui in obsequiam sui fidelissimi Salvatoris, omnem intelle-
 ctum, rationem, sapientiam, eruditionem ἔ Philosophiam ad-
 ducit captivam, ἔ ad pedes Christi supplex deponit, ἔ
 verbo Christi se totum subijcit. Talis homo vivus ἔ mor-
 tuus, est coram Deo Rex Regum, cum è contrario, cæte-
 ra sint *σκύβαλα* ἔ scoria, qua abijciuntur in furnum
 gehennæ. Non fit autem captivitas ista sine magnâ luctâ,
 imò sine gravi bello, cum in nobis tum in alijs. Et *αἰχ-*
μαλωτίζειν significat bello captum abducere, ἔ in servi-
 tutem ita redigere, ut fiat mancipium. Et *αἰχμαλωτον*
 significat mancipium ab *αἰχμη*, i. e. hasta ἔ bellum, ἔ
αλωτὸς captus: experimur enim quàm difficile sit rationem
 subdere verbo, quâ de re securi homines, qui tantum suis
 phantasijs indulgent, planè nihil nôrunt, ἔ rationem suam
 non volunt esse mancipium, sed liberam Dominam ἔ Ma-
 gistram in verbo Dei, id est, omnibus stultis magis stultam.
 Huic tot hominum excæcatio, induratio, petulantia, impie-
 tas, desperatio ἔ interitus. Proinde consilium S. Hie-
 ronymi in hoc negotio probè sequendum est, quod
 Tom. 1. ad Pammachium scribit, p. 165: Si adamaveris
 captivam mulierem, i. e. sapientiam secularem, ἔ ejus
 pulchritudine captus fueris, decalva eam, ἔ illecebras
 crinium, atque ornamenta aurium, cum emortuis ungui-
 bus seca. Lava eam Prophetali nitro, ἔ tum requiescens
 cum illâ dicito: Sinistra ejus sub capite meo, ἔ dextra
 illius amplexabitur me: ἔ multos tibi factus captiva da-
 bit, ac de Moabitude efficietur Israelitis.

ET ULTIMA, DE ABUSU PHILOSOPHIÆ IN DEFECTU.

Propositio I.

Quidam Philosophiam condemnant, & tanquam Christianâ civitate indignam, quantum in ipsis est, vel proſcribunt, vel planè è Literatorum medio tollunt; & abutuntur eâdem II. *In defectu*, quicunq; non intelligere volentes, sed pravè interpretantes ac detorquentes nonnulla ſcripturæ dicta, in quibus philoſophiæ fit mentio, in heterodoxum ſenſum; id unicè agunt, ut male ejuſ innocentia audiat, & omnium eruditorum odio ad interneconem uſq; exponatur.

II. Argumentum *μισεσοφῶντων* generale ac præcipuum hoc eſſe ſolet: Quicquid eſt fraudulentum, Deo inimicum, vanum, à militiâ divinâ alienum, quæ ſunt Spiritus Dei ſtulta judicans, adeoq; in multis, Sacræ Scripturæ contradicit; id ab omnibus, inprimis Theologis, eſt improbandum ac repudiandum. Atqui Philoſophia eſt talis. E.

III. De propoſitionis Majoris veritate nemo litigantium dubitat primo intuitu. Minorem propoſitionem quoad ſingula membra, ordine probare conantur adverſarij, ſeqq. Spiritus S. oraculis: Col: 2: 8, *Videte ne quis decipiat vos per Philoſophiam.* Rom. 8: 7. *Sapientia carnis inimica eſt Deo.* Rom. 1. 22, *Sapientes ſtulti facti ſunt.* 2. Tim. 2: 4, *Nemo militans Deo implicat ſe negocijs ſecularibus.* 1. Cor. 2: 14, *Animalis homo non capit ea quæ*

sunt Spiritus Dei. Contradictio etiam in hisce apparet : Theologus inquit : *Ex nihilo facta sunt omnia :* Philosophus ait : *Ex nihilo nihil fit.* Talia quoq; sunt hæc : *Omnis ignis elementaris, admoto ustibili, urit ; Quidam ignis elementaris admoto ustibili non urit, Omne ferrum tendit ad fundum ; Q. ferrum non tendit ad f. sed natat. N. corpus potest esse in pluribus locis simul : Q. corpus potest esse in pluribus locis simul. Duo corpora non possunt esse in uno loco simul ; duo corpora possunt esse in uno loco simul &c.*

IV. Respondeo 1. Ad propositionem Majorem, dicendo eam prout jacet, in singulis membrorum clausulis, æqualitèr sibi non constare : E. g. *Bella civilia aliena sunt à pugnâ spirituali ; quia tamen justitiæ divinæ executionem promoveant, cum veneratione & patientiâ timenda potius, quam culpanda sunt.* Sic Major est vera de contradictione propriè dictâ, non verò de *ἐναντιοφάνεια* 2. Ad Minorem Respondeo *α.* in genere, idque tum Distingvendo inter legitimum Philosophiæ usum ejusdemq; abusum ; nec non inter philosophiam consideratam ratione *ἰσῆς* seu essentiæ, & ratione *ὑπάρξεως* seu existentia. Priori modo sumitur prout definita est, vel esse de jure debet ; posteriore modo pro eâ, qualis de facto, & in hac imbecillitate naturæ humanæ esse solet ac potest : Tum *Applicando* : de priore acceptione vocis loquendo, prop: Minor est falsa : Loquuntur enim singula membra de turpi abusu, de actu ejus hypostatico & in concreto, *β.* *In specie* ; ad singulas 5. membrorum probationes explicatius respondebo.

V. 1. Col. 2: 8, *Videte ne quis vos decipiat per Philosophiam.* R. *α.* Versionem vulgatam, sicut alibi, sic hoc loco, nonnihil à literâ declinâsse : Versionem verò

Leonis Iudæ pressius eandem esse secutam, hanc scilicet: *Videte ne quis sit, qui vos depradetur per philosophiam*: συλαγωγῆν enim idem est quod *spoliare, pradam abigere*, β. Quocirca scopus Apostoli est, diligentè admonere Colossenses, ut in doctrinâ sanâ permaneant & constantes sint, iustar fortissimorum militum, qui ne hostibus prædæ sint, ad extremum virium pugnant; & simul ut fugiant ἐπεροδιδασκαλίας, quas vocat παραλογισμὸς ἐν πειθοολογίᾳ v. 4. seu falsas argumentationes, in probabilitate, seu persuasibili sermone. γ. Distingvendum proinde erit, inter τὸ παραλογισεσθαι & τὸ συλαλογισεσθαι; illud est fraudulentè & per Elenchos sophisticos argumentari; sicut solebant gentiles philosophi, per astutiam σοφισμάτων opponere se saniori Theologia; eandemq; cum suis professoribus irridere: quod Paulus quoq; Athenis expertus est, docens resurrectionem mortuorum Act. 17. Quodq; hoc loco, Apostolus cavere jubet, ac severè prohibet. Hoc verò est bene ratione uti, quod sanorum philosophorum est, & ab Apostolo nequaquam improbat; sicut nec *Salvator noster* in Pharisæis damnavit, quod συνελογίσαντο seu ratiocinabantur in utramq; partem de baptisate Joh. Luc. 20: 5. & 6. nisi quatenus v. 7. responderunt, nescire se unde esset. Δ. Similes locutiones extant de provisione, ne decipiamur à *Mulieribus* Syr. 9: 7. 9. 12. c. 19: 2. Et *Svanitate vini*, Prov. 23: 31. 32. Cum tamen Creaturæ Dei sint, quæ omnes valdè bonæ Gen. 2: 18. 1. Cor. 11: 9. Syr. 33: 31. Pl. 104: 14. 15. &c. E. quidam interpretum censent verba annexa & immediatè sequentia: καὶ κενῆς ἀπάτης, Et inanem deceptionem, esse ἐξηγηται. καὶ, ac q; commentatoria priorum, ostendentia scilicet,

qualem philosophiæ prohibitionem Apostolus velit intellectam, talem nempe quæ consistit in pharisaico dolo, futili sermone, & ad imponendum simplicioribus directâ fallaciâ, quâ ea arguè excogitantur & finguntur, quibus cœlestis veritas plurimum labefactatur: non autem veram & germanam intelligit philosophiam è principijs naturalibus & rectæ rationis luce exortam; posito verò, quod de philosophia, quam nunc vocamus, omninò ageret Apostolus, seductionem solùm per philosophiam cavendam doceremur; non autem ipsam philosophiam: potest enim quis per abusum rei bonæ seduci. Non damnat igitur Paulus in universum philosophiæ studium, sed talia dogmata philosophica abominatur & fastidit, quæ expresso Dei verbo vel præferuntur, vel æquiparantur; tum enim ne dicam periclitatur *ὁδοῦ ὀφθαλμοῦ*; sed & venditur salus. Sic Pontificij ex doctrinâ Ethicæ Aristolis, depromunt dogma *de justitiâ meritis operum tribuendâ*. Sic Zvingliani è principijs physicis contendunt *corpus Christi non posse simul & semel esse in pluribus locis*. §. *Nulla est consequentia*: Si multi per philosophiam decipiant, tum philosophia est reiicienda; si enim omnia, quibus abutuntur homines, forent rejectanea, ne ipsa quidem Scripturâ Sacra, quâ ad decipiendum simplices miserè abutuntur Hæretici, tuta foret. Quin potius sequitur contrarium: Si per philosophiam haud rarò homines seducuntur, eò tenaciùs eidem perdiscendæ erit incumbendum; ne nobis, nomine ejus, quævis figmenta, ceu muscerdæ pro pipere obtrudantur, neve quævis Pseudoprophetarum placita perfoadeantur. Tantum abest ergò Apostolum à Philosophiæ studio homines abstertere, ut potius ad id tacitè eosdem invitet. Ignarus enim

enim miles cedit hosti & præda fit, cataphractus verò resistit. 7. Tandem, ut dicam quod res est: Dogmata philosophica nullam gignunt, etsi speciosissima fuerint, in consertatâ conscientiâ, consolationem solidam; quippe ex revelatione immediatè divinâ haud oriunda, sed sunt comparata, dicente Apostolo eodem versu: *Secundum traditionem hominum, juxta elementa Mundi, & non juxta Christum.* Quasi concluderet: Sit philosophia eximium Dei donum, suo loco non contemnendum; quia tamen doctrinam vulgarem tradit, humanam scilicet, non divinam, agit de rebus terrenis seu secularibus, non cœlestibus, habetq; dogmata humanæ sapientiæ, nihil autem docet de Christo; ideoq; videte, ne quis per philosophiæ axtomata vos seducat, q; per ea quoq; monstraretur via nobis ad justitiam coram Deo valentem, fruitionem bonorum spiritualium in Ecclesiâ, & possessionem terræ sanctæ in futurâ vitâ: *Abst!* Si in hoc collationis tertio conferatur *Philosophia* cum *Theologiâ*, prostercore illam esse habendam judicat idem Apostolus Phil. 3: 8; hanc verò super omnem doctrinam & noticiam æstimandam ac amplectendam.

VI. 2. Rom. 8: 7; Sapientia carnis inimica est Deo. Unde argumentantur: Quod Deo est inimicum, inutile est in Theologia. Philosophia est Deo inimica, E. philosophia inutilis est in Theologiâ. Minorem probare ex hoc dicto volunt, quod nempè per τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, intelligatur Philosophia. 3. 1. Ad prop. Majorem, negando eam esse simpliciter veram: do enim instantiam: Quod Deo est inimicum, inutile est in Theologia: peccatum est Deo inimicum E. conclusio non est vera simpliciter: sed saltèm κατὰ τὴν; peccati

enim notitia pertinet ad articulos fidei. Ergò vel minor vel major vacillat, non minor E. Major, quatenus hunc subit statum: *Quod Deo est inimicum, ejus cognitio est in Theologia inutilis, falsa erit.* 2. Loquendo de philosophiâ *σοιωδῶς* consideratâ, Nego Minorem prop. quod philosophia sit Deo inimica. Quod attinet probationem ejus, rectius vertit cum alijs *Leo judas: Affectus carnis inimicitia est adversus Deum.* Unde Luth. *Fleischlich gesinnet sein/ ist eine Feindschafft wider Gott.* Quem nos secuti: *Kösligst sinne är en fiendskap emot Gudz.* Carnaliter autem affectum esse, eodem Luthero interprete, est Deum neq; quærere, neq; curare, neq; velle intelligere. Quo sensu non solum ij carnis prudentiam sapiunt, qui extra ecclesiam & non regeneriti sunt; sed & Epicurei ac Athei intra Ecclesiæ pomeria degentes. 3. Vocabulum carnis tripliciter in scripturis usurpatur, α. *ιδίως* & propriè, pro alterâ parte hominis animæ unita Matth. 6: 25. β. *συνεχδοχικῶς*, pro toto homine, Esa. 40: 6. γ. *μεταφορικῶς* pro carnalibus cogitationibus & affectibus, Spiritui oppositis, ut hoc loco, quod ex v. 6. & 9. constat. Jam autem Philosophia non est opus hominis corrupti quâ talis; sed quatenus reliquias divinæ imaginis possidet: tria enim, B. Meisnero censore, sunt omnium actionum humanarum principia, 1. *σὰρξ* i. e. Caro: quæ hinc prodeunt, opera mala sunt. 2. *πνεῦμα* i. e. Spiritus: quæ hinc oriuntur bona opera sunt. Et 3. *φύσις*, i. e. natura: quæ inde promanant, indifferentia & neq; bona propriè & moraliter, neq; mala sunt. *Applico:* Philosophia non est opus 1. *σαρκικόν*, quia non est peccatum aliquod in decalogo prohibitum. Nec 2. *πνευματικόν*, quia reperitur etiam in Ethnicis & non Renatis.

Sed est

Sed est 3. *Φυσικόν* & naturale opus, quòd ortum trahat ex naturâ, per essentiam bonâ, & seminibus divinæ imaginis conspersâ,

VII. 3. Rom. 1: 22, Sapientes stulti facti sunt. Huc refer 1. Cor. 1: 19. 20. *Perdam sapientiam sapientum. Deus infatuavit sapientiam hujus mundi &c.* Unde Argumentantur: Si Philosophia per Theologiam confunditur, infatuatur & aboletur, utiq; philosophia in Theologiam est inutilis. At verum prius. E. posterius. R. 1. Ad prop. Maj. posito, sed nondum concesso, nullum alium Philosophiæ in Theologiam superesse usum & commodum, satis tamen conspicuam ei servitutem præstaret, ceu ancilla Domine suæ, quod fineret se ab ejus Majestate & excellentiâ confundi, infatuari & q: annihilari. &c. Nam si arroget sibi vel dominium vel paritatem, non amplius est usui aut servit, ideoq; è domo expellenda est. 2. Ad prop. Min. respiciendo ad Distinctiones supra commemoratas, dico philosophiæ vocem directè sumi in dictis istis Apostolicis, non in *Abstracto*; aliàs sequeretur à Deo destrui propria dona; sed in *Concreto*; qualis reperiebatur in Philosophis Ethnicis, qui sapientiam suam non submittebant, sed præficiabant Evangelio, & secundum intellectum humanum volebant de doctrinâ Apostolorum judicare; tales meritò dicuntur infatuati & reprobati; quipè extra limites progressi, qui Deum cognoscentes, non sicut Deum glorificaverunt Rom. 1: 21. Qui per sapientiam propriam voluerunt cognoscere Deum 1. Cor. 1: 21. & fabricare normam Religionis: placuit enim Deo non per sapientiam aliquam philosophicam & mundanam, quam

quamvis in suo circulo veram; sed per stultitiam prædicationis salvos facere credentes. Opponuntur ergò in his locis, *Sapientia mundi & stultitia verbi*: Fitquè idem in Ecclesiâ; cum homines sibi adeò videntur sapientes, ut in ipsam fidem & Religionem, censoriam exercere potestatem velint, & de orthodoxâ doctrinâ ex cœcâ ratione judicare præsumant, arbitantes tantas esse vires suas, ut earum quoq; beneficio Deum salutaritèr cognoscere & vitam æternam consequi possint. Hæc est sapientia mundi, quæ legi Dei, Evangelio, non subijcitur, nequidem potest: hæc enim sibi perpetuò adversantur: *Velle ex Ratione Deum & res divinas cognoscere*; quod faciunt Calviniani; & *ex solo verbo scripto ac predicato, velle ad Dei rerumq; divinarum, cognitionem pervenire*. Item: *Velle ex proprijs, quod faciunt Pontificij, viribus salvari*. Et *Velle Salvari solo Christi merito per fidem appropriato*. &c. 3. Insuper tuatur ergò & aboletur philosophia dominans in superbiâ: quippè non ampliùs est σοφία sed μοφία. v. 21. Probatur verò & acceptatur philosophia humiliata & ancillans.

VIII. 4. 2. Tim. 2: 4, Nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus. Forma: *Seculare nihil facit seu conducit ad spirituale*. Philosophia est secularis. E. Et per consequens ad Theologiam nihil conducit. R. 1. Esse Fallaciam *ψευδερμείας*, & committi elenchum pravæ interpretationis textus, cui ansam dat vitiosa versio. Fons habet: *ἑστῆς στρατεύομεν* & *ἐμπλέκεται τὰς τῷ βίῃ πραγματείαις*, h. e. *Nemo qui militat, implicatur vitæ negocijs*. Sensus est: *Cordatus Miles non implicat se negocijs ad victum quæren-*

quærendum pertinentibus alijs, præter solam militiam; idq; ut principi suo placeat. Ubi propriè intelligitur Militia secularis, per quam *αλληγορικῶς* figuratur spiritualis, ut extendatur sensus: Sic quoq; nemo miles Dei & minister verbi, quærit victum manibus aut negocijs secularibus; verum ministerio Altaris. Vel sic: quemadmodum ad bellum inepti sunt illi, qui novam domum ædificant, vineam plantant, nuper conjugium contrahunt, à periculis sibi metuunt, Deut. 20: 3. seqq. ita quorum animi terrenis voluptatibus adhærent, non apti sunt ad militiam christianam spiritualem. Ergò per Negocia secularia non intelligitur Philosophia, sine cujus aliquali cognitione & subsidio nemo ad ministerium hodie, postquam extraordinaria dona in Ecclesiâ desierunt, jure admittitur. 2. Ad prop. Maj. & Min. simul: si vox *Seculare*, usurpetur pro *Mundano*, seu pro eo, quod spiritualibus negocijs perpetuò adversatur, vera est Major, sed falsa minor, loquendo de philosophia sobriâ; Sin vox *Seculare*, sumatur pro *Temporali*; quod in hoc mundo saltèm durat, Major est falsa; quod infinita exempla probant; sufficiet unum: cibus, potus & vestitus, sunt res seculares, ergò nil quicquam conducunt ad sustentandum ministerium verbi, quod est spirituale, quod æquè absurdum. 3. Ad Min. p. seorsim: Neq; simpliciter verum est, philosophiam veram, esse merè secularem, etiam posteriore respectu: notitia enim de Deo naturalis, discrimen honestorum & turpium, etiam alia nonnulla principia philosophica, quæ appellantur Lex Dei, & justitia Dei, quæ æterna est, reliquæ sunt imaginis Dei æternæ in homine; quibus si philosophia

rectè utitur, veritas Dei dicuntur. conf. Rom. 1: 18. seqq.
& c. 2: 14 seqq.

IX. §. 1. Cor. 2: 14. Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei, stultitia siquidem illi sunt; nec potest cognoscere, quod spiritualitèr dijudicatur. Forma: Quod spiritualia & divina non intelligit, sed ridet & pro stultitiâ habet, id vicissim ab omnibus bonis meritò odio habendum est. At philosophia est talis. E. R. 1. ad Prop. Maj. eam sic corrigendo: quod res divinas non capit, sed ridet *ἐκ προαυρέσεως*, plenâ scientiâ & voluntate ac continuatè, sine ullâ emendationis spe, id meritò est summo prosequendum odio: Sic ridet Deum diabolus, sic rident Christum hodierni Judæi multi: quorundam enim ignorantiam excusat S. Petrus Act. 3: 17. Sic Mahumedani. 2. Ad prop. Minorem, distinguendo inter abstractum & concretum: *Philosophia* quâ talis, præter *κοινὰς ἐννοίας*, & principia de Dei notitiâ naturalia, nihil novit de Deo & divinis mysterijs. *Philosophus* verò gentilis, aut nondum renatus cujuscunq; generis, vel verum Deum planè ignorat, quia non novit Deum unum in essentiâ & trinum in personis, sicut Athenienses, qui altare consecrârunt *ἀγνώστω τῷ Θεῷ* Act. 17: 23. Vel si quid audit tradi & annunciari de Evangelio & summis fidei articulis, non percipit, sed contumeliâ afficit, ut paritèr fecerunt Athenienses v. 32; Cum audissent Paulum de resurrectione mortuorum, *ἐχλέναζον* irridebant. *Philosophus Christianus* autem, est vel *hæreticus* vel *orthodoxus*; Ille, quia apertis oculis non videt, sed excoecatus est, & iusto Dei iudicio efficacitèr errat, 2 Thef. 2: 11, veritatem
coele.

coelestem, nisi, quod rarò fit, convertatur, pertinacitèr oppugnat & damnat. Et hi omnes, quamvis aliàs inculpatè vivant, quia à vià salutis errant, sunt *homines ψυχικοί & animales*. Hic verò, si sanæ doctrinæ jungat innocentiam vitæ, vel quantum in hâc imbecillitate fieri potest inculpatè vivere studet, non est ampliùs *homo animalis*, sed *πνευματικός* seu *Spiritualis*. Juxta postremam hanc Philosophiæ considerationem, quâ reperitur ea in homine fideli & bono, qui omnem suam scientiam naturalem sub spiritus dominio ad obsequendum fidei transfert, propositionem minorem nego.

3. Porro, proinde consideranda est Apostolica Phrasis: *ψυχικός άνθρωπος*. Est ergò *Animalis homo*, juxta *Vatablum*, nudus ille & naturalis homo, qui anima & corpore constat, & propriè animæ, non Spiritus S. gubernatione regitur. Chryl. in h. l. *ψυχικός ἔστιν, ὁ τὸ πᾶν τοῖς λογισμοῖς τῆς ψυχῆς διδῶν, καὶ μὴ νομίζων ἀνοθεῖν τινὸς δεῖδαι βοηθείας*. i. e. *Animalis est, qui totum tribuit ratiocinationibus animæ, haud reputans superno opus esse subsidio*. Theodoretus in h. l. paritèr ferè: *ψυχικός ἔστιν ὁ μόνοις τοῖς οἰκείοις ἀρκέμεν*. *λογισμοῖς, καὶ τὴν τῆ πνεύματι, διδασκαλίαν μὴ προσήμεν*, ἔτε μὲν ἐπιγνώσει δυνάμεν. i. e. *Animalis est, qui est contentus proprijs cogitationibus, & spiritus doctrinam non admittit, sed neq; illam potest intèlligere*. Opponitur autem *ψυχικός* h. l. non *θνητῶ* seu mortuo, q: is qui animam habet & vivit ita dicatur; hoc enim significatu etiam homo in statu integritatis *ψυχικός* fuit, scriptura enim factum esse eum asseverat *εἰς ψυχὴν ζῶσαν*, in animam viventem 1. Cor. 15: 45. Sed 1. *παλιγγενήτω*, i. e. *Regenerato*, 1. Cor. 2, 15. & ideò rectè cum Luthero

vertit Suetus interpres: *Den naturlige mennistatt / naturalis scilicet non ους ατρκως*, erit enim integræ naturæ homo in vitâ futura, sed *επομένως*, quod naturâ sit filius iræ Eph. 2: 3. 2. *Δεδοξασμένω* i. e. *Glorificato* 1 Cor. 15: 44. Uterquæ autem homo, & renatus in hâc vitâ, & glorificatus in futura appellatur, citatis locis, *πνευματικός* seu spiritualis, qui non accepit spiritum mundi, hoc est erroris & impietatis, sed spiritum Dei, hoc est, veritatis & probitatis 1 Cor. 2: 12. 4. Hinc demùm apparet, quod phrasi Apostolicâ diversa sint & longè differant: *Esse Philosophum, & esse Animalem hominem*: quicunq; enim insuper Philosophus, ignorat mysteria divina, animalis est & terrenus: opponuntur namq; sapientia *ψυχική* & *ἄνωθεν παρερχομένη* Jac. 3: 15. Qui verò doctrinæ & morum ducem Spiritum S. agnoscit, Spiritualis est v. 10. 11. Adde *morum*, quia etiam turpiter viventes, quales etiam sunt illutores & qui juxta impias cupiditates ambulant, *ψυχικοί* appellantur Epist. Jud. v. 19. &c. 5. Concludo itaq; quod *ψυχικοί* nominamur omnes, quales à parentibus generamur: habemus enim corpus *ψυχικόν*, 1. Cor. 15: 44. & sapientiam *ψυχικήν* Jac. 3: 15. Sed Philosophi quidem omnes sunt generati, sed non omnes generati sunt philosophi; latius ergò patet, *Animalem esse quam Philosophum esse*: sumus namq; Philosophi, non nati sed facti, non imbuti sed instituti.

X. 6. Ad ultimum probandæ minoris propositionis membrum β. Distingvendo α. inter Philosophum gentilem & Christianum & inter contradictionem *veram* & *apparentem*: non enim verè contradicunt sibi axiomata illa Philosophica & conclusiones Theologica; sed

sed tantum apparenter; quia vel non loquuntur de eodem *subjecto*; vel non concernunt eundem *statum*, *modum* & *respectum*: ut cum Philosophus dicit: *Ex nihilo nihil fieri*, scilicet per *modum generationis*, non contra dicit Theologo, qui per *modum creationis* aliquid fieri ex nihilo docet. Philosophus cum ait, *omnem ignem elementas rem admoto uslibili urere*, non negat naturalem ignis vim supernaturaliter posse impediri. Cum Philosophus inquit, *Omne grave tendere deorsum, non inficiatur*, quoddam grave, ne tendat deorsum, interdum per extraordinariam Dei potentiam suspendi, vel etiam ascendere posse. Dum Philosophus ait; *N. corpus posse in pluribus esse locis simul & semel*, tum loquitur de corporibus hujus status & merè naturalibus, non de corpore Christi Deificato, ut loquuntur Patres, aut corporibus glorificatis, de quibus Theologi. Et sic, cum philosophus ait: *Multiplicatis personis, multiplicari essentiam*, de personis creatis & finitis id pronunciat, non de personis divinis, quas ignorat; de his enim verum id non esse, docet Theologus. Et sic consequenter.

XI. Quòd verò *Gostavius* contra *Keckerm.* Et *Vedelius* in suo Rationali Theol. sine discrimine criminentur *Lutheranos* docere, posse aliquid verum esse in *Philosophiâ*, quod in *Theologiâ* sit falsum; calumnia est, & magnam nobis illi inferunt injuriam. Quod attinet enim *D. Danielem Hoffmannum*, quondam Professore Helmsstadiensem, contendentem *Philosophiam* pugnare cum *Theologiâ*, notissimum est, à nostris Ecclesijs reprobatum fuisse errorem Hoffmanni, imò ab Hoffmanno ipso retractatum, de quo videatur *Grauerus* in *Tract de simpl. & unic. verit.* *B. Lutherum* verò quod concernit, qui

in Disp. A. 1539. de Quæst. *An in Philosophia verum sit : Verbum caro factum est ?* dixerit enunciationem istam veram esse in Theologiâ, simpliciter autem absurdam in Philosophia. Respondeo B. Patrem *Lutherum* non asserere, quod ea quæ naturæ, aut certæ rationis luce nota sunt, in Theologiâ falsa esse; sed hoc saltim velle, quæ *mera sunt revelationis, neq; vera neq; falsa esse in philosophiâ;* quia hæc de illis nihil sciat, nec ea proponat. Quodq; *Philosophia naturalitèr absurdum & impossibile pronunciet, quòd Verbum caro factum sit :* Quinimò abusum redarguat in *Sorbonistis.*

XII. Quæ verò afferri à Patribus solent, utpote quod *Hieronimus* secutus *Tertullianum*, in Epist. ad *Ctesiphont.* dicit : *Philosophos Hæreticorum Patriarchas esse.* Et hujusmodi alia, solum de Philosophiâ deprædatrice & gentilium Magistrorum commentis, qualia erant: *delirium Hermogenis de Materiâ Deo coequali, & paradoxa diversorum de animæ corpulentia, effigie & origine, dicta sunt.* Si quæ prætereâ ergò, vel testimonia, vel Rationes adducantur, facile diluuntur, si distingvatur, 1. Inter Philosophiam *Germanam & Sophisticen.* 2. Inter ipsam *Naturalem Notitiam puram atq; non dum seductam; Et ἀραξίαν, seu imperfectionem & corruptionem, ei cum adhaerentem tum accedentem ; Illa neq; falsa est, neq; mala in sese, quippè à Deo conditore implantata. Hæc verò omninò mala, & à diabolo est, omnisq; falsitatis & erroris causa. Licet ergò non renatus, ratione istius corruptionis, Deo & divinis mysterijs repugnet, non tamen naturalis notitia, quâ talis, Deo adversa est, sed residua imaginis divinæ portiuncula est. 3. Inter Philosophiam,*

loquens

loquentem de *objecto proprio & peregrino*. Conferantur Distinctiones prop. IV. hujus Exerc. positæ.

XIII. Firmamenta tandem, quibus innocentia Philosophiæ stabilitur, quod scilicet neutiquam Theologiæ adversetur, ne dum ceu *Carnalù, terrena, impura & diabolica rejiciatur, observentur* seqq.

1. Verum vero semper consonat, non autem repugnat. Arist. lib. 1. Eth. c. 8. Jam Philosophia appellatur veritas, Rom. 1: 19. quæ est conformitas intellectus cum re ipsâ. Quod autem ad naturales notitias pertinet, & ex iisdem est extructum, id in naturâ representatur, adeoq; fundamentum in re ipsâ habet. *Instantia Hoffmanni* de veritate *Spirituali & Carnali*, a. Respectu ejusdem *Rei*, geminam unius ejusdemq; rei introducit essentiam, quod ἀπορον. β. Respectu ejusdem *objecti*, est inepta: veritas enim non est à carne, sed à Reliquiis imaginis divinæ.

2. Philosophia est donum Dei: sunt enim principia ejus, cum theoretica; tum practica, nobiscum concreatâ, quod Apostolus ex parte docet Rom. 1. & 2, Quæ autem notitia à Deo ipso habet originem, ea non potest adversari vel contradicere notitiæ divinitus revelatæ; quia Deus seipsum abnegare aut adversari sibi ipsi non potest. Diversum quidem in scriptura est revelatum, ac in ipsâ Naturâ; & longè sublimius, non tamen adversum, aut propriè contrarium.

3. Philosophia deducit nos ad cognitionem DEI: Deus enim per naturam sese nobis patefecit, tum per Legem natura implantatam de Deo colendo, &
discr-

discrimine honestorum & turpium, Rom. 2: 14. Tum per creaturarum intuitum, Rom. 1: 19. Ut ita ad Deum inquirendum pedetentim perduceremur, Act. 17: 27. &c.

4. Philosophia in Sacra Scripturâ passim commendatur. utpote *Physica*, Job. 38. & 40. Pl. 19. & 148. Syr. 43. *Astronomia*, Esa. 40. Syr. 43. *Arithmetica* & *Musica*, 2. Chron. 5. Pl. 150. *Geometria* & *Architectonica*, per structuras in scripturâ affabrè descriptas. *Philosophia practica*, per præcepta *Moralia*, *Ethica*, *Politica* & *oconomica*, hinc inde obvia.

5. Absurda est opinio contraria, si quicquid de Deo & lege ejus, non Renatus dicit & asserit, falsum est, tum falsum esset, quod *Deus sit & existat*; Imò erronea forent omnia scripturæ effata, quæ naturâ nota sunt, quod quàm sit *ἀπίστος* & imper-suasibile, lip-pis & tonsoribus oppidò evadit perspicuum: quinimò, sibi contradicunt ipsis novelli prophetæ, docentes, *Philosophiam non è scriptis gentilium, sed è scripturis esse addiscendam*. Si eam ea in scripturis comprehendatur, quâ fronte, aut possit aut debeat reprobari, non video.

*Sed manum de tabula, cum adsit Finis totius
Tractatus. Nobis esto confusio faciei; sed*

SOLI DEO GLORIA!

